

DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
NEO-PROPHE-
TIS CEMMENIS,
ANGLIAM ET SCOTIAM
HODIE TURBANTIBUS,

SPECIATIM CONTRA
JO. LACY, EQVITIS ANGLICANI, JUDICIUM
DE IISDEM,

QVAM
ADSPIRANTE DIVINA GRATIA,
ET CONSENTIENTE MAXIME REV. THEOLOGGORUM ORDINE
IN ILLUSTRIS ACADEMIA ROSTOCHIENSI,
PRÆSIDE

VIRO SUMME REVERENDO ATq; EXCELLENTISSIMO
DN. ZACHARIA GRAPPIO,
S. S. THEOL. D. EJUSDEMq; PROF. PUBL. ORDINAR.
AD ÆDEM CATHEDRALEM DIV. JAC. VERBI DIV. MINISTRO
ET REV. FCTATIS THEOL. h. t. DECANO
ADMODUM SPECTABILI,

DN. PATRONO, PRÆCEPTORE AC EVERGETA SUO
OMNI OBSERVANTIÆ CULTU ÆTATEM PROSEQVENDO.

AD D. X. APRIL. A. O. R. MDCCXI.

IN AUDITORIO MAXIMO HORIS CONSVETIS
PUBLICO PLACIDOq; ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOH. BERNH. Weppling / ROSTOCH,
S. S. THEOL. CULTOR.

ROSTOCHII, STANNO WEPPLINGIANO.

coll. diss. A
83, 2

39.

a. XLIII. 2

DISSERTATIO THEOLOGICA

DE PROPHETIA

ET COMMENTARIIS
ANGELICIS ET SCOTICIS
HOMINUM TERRANUM

JO. LACY, BOVENSIS ACADEMIAE, IUDICII

AT SPANIAE UNIVERSITATIS
ET CATHEDRAE MAGISTRI
IN JURIS ACADEMIA BOVENSIS



JOH. V. HARRIA GRAPHO

BOVENSIS ACADEMIAE
MAGISTRI
IN JURIS ACADEMIA BOVENSIS

BOVENSIS ACADEMIAE
MAGISTRI
IN JURIS ACADEMIA BOVENSIS

BOVENSIS ACADEMIAE
MAGISTRI
IN JURIS ACADEMIA BOVENSIS

4

PER-ILLUSTRI, ATQVE, GENEROSISSIMO,

DOMINO.

DN. JOHANNI.

DE. KLEIN.

JURIS-CONSULTO,

CONSUMMATISSIMO,

SERENISSIMÆ. AC. POTENTISSIMÆ

REGINÆ. BORUSSIÆ.

UT. ET.

SERENISSIMI DUCIS. REGNANTIS. MECLENBURGICI.

CONSILIARIO. INTIMO.

AC.

CANCELLARIO.

MAGNÆ. FIDEI.

CONSISTORII. DUCALIS.

DIRECTORI.

GRAVISSIMO.

PANDECTARUM. IN. HAC. ALMA.

PROFESSORI.

MAXIME. INCLYTO,

NEC. NON.

FACULTATIS. JURIDICÆ.

SENIORI.

LONGE. MERITISSIMO.

MOECENATI, SUO, BENIGNISSIMO,
PATRONO, SUMMO,
PROMOTORI, MAXIMO,

VITAM. PROLIXAM.

FELICES.

PRO.

TOTIUS. REGIONIS. SALUTE.

EXCUBIAS.

EXOPTATUMQUE. VOTORUM. OMNIUM. SUCCESSUM,
DEVOTE. PRECATUR.

INSIMUL.

MUNUSCULUM. HOCCE. CHARTACEUM.

IN

OBSEQVII. PIETATIS. ET. GRATITUDINIS.

PRO. BENEFICIIS. ABUNDE. ACCEPTIS.

TESSERAM.

DICAT. ET. CONSECRAT.

SE. STUDIAQUE. SUA.

ULTERIORI. TANTI. MOECENATIS. PATROCINIO.

HUMILLIME. COMMENDAT.

SERVORUM. INFIMUS,

JOH. BERNH. WEPPLING.

זכרה לי אלהי לטובה
PROLOGUS.



Ullum fermè post Christum natum elapsum est seculum, in quo non homines nonnulli audacter nimis donum illud affectaverint Propheticum, seq; pro Prophetis venditantes mira passim hominum objecerint oculis. Testantur de istiusmodi attentatis monumenta illa veterum, quæ Historiæ Ecclesiasticæ Scriptores aliiq; curiosi rerum observatores colligere studuerunt. Quorum ex numero, alios ut taceam, quoq; est *Jo. Wolfius* qui in *Lectio. Memorab. & recond. Centenariis ad seculum XVII.* usq; singularia varia conguessit, inter quæ & vaticinia varia variorumq; visiones venditatae occurrunt. Quot turbas itidem modò jam elapso seculo Neo-Prophetæ dederint, infinita fermè produnt ejus rei gratia edita scripta. Vide præsertim, reliqua ut præteream, *den der alten und neuen Schwärmer Wiedertäufferischen Geist.* Quod scriptum duabus partibus constans non ita pridem prodiit. Eadem & præsentis hoc nostro, cujus in initio fermè adhuc versamur, Seculo, luditur fabula. Anno MDCCIV. Mens. April. in hac ipsa Civitate pannifex quidam ex India redux, à DEO missum Prophetam sese jactitabat, quamvis coram Rev. Ministerio nostro citatus ac comparens miserè partes suas ageret, præterea quoq; planè non ut Prophetam sese gereret, quippe mox post aliquot dies ebriis heluonibus vespere in plateis oberrantibus sese associans ob exortas rixas graviter vulnerabatur. Anno MDCCIX. Ecclesiastes quidam Reformatus *Harzgerodanus*, nomine *Emanuel Philipp. Paris*, Christum sibi modò in igne, modò in visibili specie apparuisse venditavit, cujus jussu Sereniss. suo *Principi Anhaltino* mortem instantem prædixit, nisi regimini suo melius præesset. Quæ etiam mors hujus Principis tum ægrotantis mox dicitur insecuta fuisse. Prostat hac de re schedula quædam typis impressa sub titulo: *Species facti*, oder wahrhaftige Erzählung dessen / was sich neulich mit einem Prediger zu Harzgerode einer Stadt im Fürstenthumb Anhalt gelegen / mit Nahmen Hr. Emanuel Philip Paris zugetragen / wie ihm nemlich der Herr Christus zu drey unterschiedlichen mahlen / und zwar das dritte mahll in weiblicher Gestalt erschienen / und was Er mit ihm geredt. Quo de facto, quemadmodum quidem communiter fieri solet, diversa passim edita sunt judicia. Nonnulli pro ve-

ra, eaq; divina visione quadam habuerunt; inter quos etiam est Dn.
Balthas. Rudolph. Wittmüller im Ehr- und Preißwürdigen Strahl
 der Herrlichkeit / und Heiligkeit Gottes *part. 1. c. 9.* Et *Anonymus*
 quidam Reformatæ Religioni, ut videtur addictus, *Ann. 1710.* in des-
 nen Christl. Anmerkungen über die von Hn. Paris gehabte 3. visiones,
 easdem cum Divinis conferre & pro Divinis venditare voluit. Probantur
 itidem in der wahrhaftigen Vorstellung zweyer Schreiben / s.
 Grund und Pruffung Göttl. Erscheinungen *Ann. 1710.* edit. Contra ve-
 rò alii habuerunt, quæ in jactata hac visione desiderarunt. Vide *Henr. Mat-*
thia Spielbergii Confutat. Enthusiasmi Crassissimi An. 1710. edit. *M. Christian.*
Gerbers nöhtige Erinnerungen bey der specie facti, *Dresda Ann. 1710.* item
Anonymi Theologisches Gutachten über die Species facti *Ratisbon. Ann.*
1710. item scriptum sub titulo: der falsche Christus &c. zu betrachten
 gegeben von dem Curiaisen Etranger in der Leipziger Neujahrs-
 Messe Conf. & den mit allerhand affairen beschäftigten *Secretar. Ex-*
pedit. 1. p. 63. sq. Præ aliis autem prolixissimè Visiones hasce examinavit
 ac refutavit, pariter & ad ea, quæ partim ipse Dn. Paris, partim alii pro
 iisdem adduxerunt, respondit Dn. Jo. Ernst Schulenburg in scripto
Quedlinb. Ann. 1710. edit. sub titulo: Schriftmäßige Betrachtung der
 in der Fürstl. Anhaltischen Residenz-Stadt Harkgerode neugerührten
 Erscheinungen / wie dieselbe theils auff Hoch-Fürstl. gnädigste requi-
 sition, mittels der nach dem gleich mit Anfange vorgesehnen Abdruck
 Communicierten Copia derer Visionen veranlasset / theils in einer Pre-
 digt über das ordentl. Sontags Evangel. am Sonntag nach dem Hl.
 Neujahrs-Tage in dißjähriger Lehr-Uhrt zu Verwarnung der Gemein-
 de Gottes bescheidenlich angestellt / theils auff des Visionisten nach
 Kirch-Engel und Allerstädt überschriebenen hieben mitgehende selbst
 gemachte explication des in der mittler Vision exprimierten termini fa-
 talis und deutlicher Erklärung / mittels deren offenbahr gezeigten Unfugs
 und ungültigen Nichtigkeit deutlich aufgeföhret. Endlich wieder einige in
 den sogenandte in der Leipziger Oster-Messe 1710. communicierten Christl.
 Anmerkungen beyläuffig observierte Stricturas, sowohl auch wie
 der den von Hn Wittmüllern heraus gegebenen Strahl der Göttl. Ges-
 ichter / und der darin aus der Kirchen-Historie angeführte Exempla,
 auch einen Nahmlosen Autorem freymühtige Beurtheilungen mit unver-
 werfflichen Gründen defendiret ist. Et quæ sunt fortè istiusmodi scripta
 alia, meritò istiusmodi visiones rejicientia, quarum planè nullum in S. Co-
 dice habemus promissum, imò contrarias potius præcautiones in plane
 classis-

classis-

clarissimo loco *Matth. XXIV. 23. 24. 25. 26.* Si quæ autem istiusmodi visiones venditantur, communiter velut illusiones diabolicæ, vel ut imaginationes, vel etiam imposturæ humanæ deprehenduntur. Cujus posterioris generis etiam erit *visio illa Harzgerodana*, si vera sunt, quæ Amicus aliquis refert, Deum nimirum, illū qui *Dn. Parisio* apparuit, fuisse impostorem aliquem, qui juxta propriam confessionem coram judicio editam Phosphoro illitus fictis comminationibus & vaticiniis prædictum Virum terrere voluit. Fictum hunc Deum carceribus jam detentum præmium suum mox adepturum esse. Magis adhuc mira fuere, quæ *Ann. 1710. Novella publica ex Italia* retulerant his verbis: Von Genua ward vom 25. Febr. geschrieben / daß unlängst in Italien 2. neue Propheten auffgestanden / welche nach Boulogne gekommen / und weilten sie einen solchen Geist haben / der von dem Ende der Welt und Busse prediget / so haben sie eine grosse Furcht verursachet / weil sie sich Apostel nennen. Sie sind von solcher Manier / daß man ihres Gleichen nie gesehen / beyde sehr alt / und sehen einander so gleich als wan sie Brüder wahren / haben einerley Kleider / gehen mit blossen Füßen und Haupte / sagen: Gott sey sehr über Boulogne erzürnet / und wenn sich die Einwohner nicht bekehren / würde die Stadt in drey Monath untergehen. Der Magistrat hat schon verboten / solche Dinge zu reden / aber sie haben das Verbot verlachet / und gesaget: Sie wären Propheten von Gott gesandt; worüber man sie ins Gefängniß geworffen. Einige des Magistrats haben aus Curiositet mit ihnen gesprochen / denen sie auff Ebräisch / Griechisch und Lateinisch in allen Sprachen geantwortet. Sie sagen den Leuten / ob sie Böses oder Gutes gethan haben / sie führen ein strenges Leben / essen nichts als Brodt / und trincken Wasser. Sprechen: Sie kähmen aus Damasco und Galiläa / von welchen Orthe sie expresse von Gott gesandt wahren / denē unbusfertigen Sündern ihren Untergang anzudeuten; Es sey jeder 700. Jahr alt / und versichern / daß das Ende der Welt *Ann. 1719.* kommen werde. Die Jesuiten haben sie in Ketten schliessen lassen / umb sie nach Rom zu führen / worüber sie sich gefreuet / aber doch in vieler Leute Gegenwart die Ketten als einen Weber-faden zerrissen haben. Sie sagen weiter / daß der Krieg *Ann. 1711.* in der ganken Welt werde brennen / Constantinopel und der Groß-Türcke werde *An. 1712.* zu Jesu Christo bekehret werden / und 1714. alle Nationen den rechten Glauben annehmen / 1715. werde eine verklärte Persohn aufferstehen / 1716. werde Africa untergehen / 1717. werde durch die ganze Welt ein erschreckliches Erdbeben seyn / 1718. werde die Erde in grausamen Schrecken stehen / *Ann. 1719.* werde Jesus Christus

flus

stus sum Gericht kommen. Cum autem plura haecenus de his Neo-Prophetis non audiverimus, omnesq; circumstantiæ satis arguant absurditates, & hæc eadem videtur esse fabula, ac non ita pridem de *Anti-Christo nato* sparsa fuit, de qua diximus alibi. Et recentissimè circa finem modo jam elapsi An. 1710. novus quidam surrexit Propheta, nempe Sutor aliquis, qui & jam ante aliquot annos *Frankofurti ad Mœnum* turbas quasdam dedit, cujus Prophetiæ non ita pridem typis editæ prostant sub hoc titulo: *Helle Donner-Posaune durch den Geist der Weissagung verkündigend und außblasend die instehende Gerichte Gottes über das Römische Reich und die ganze falsche und unbußfertige Christenheit/samt dem Fall Babels/und Zions Erlösung zum Zeugniß über alle Völker publiciert auff Befehl des ewigen Gottes durch seinen unwürdigen Knecht J. Maximilianus Daut. An. 1710.* Quo in scripto varias visiones & allocutiones Divinas sibi factas venditat, & potissimum quàm varia prædicit de instanti quodam bello gravissimo Svecico & Turcico, eoq; quidem omnibus impiis Christianis maximè fatali, item de conversione Turcarum omniumq; Gentium ad Christum, pariter & de Regis Galliæ conversione, & quæ sunt istiusmodi alia. Præ aliis etiam p. 120. nimis audacter gloriatur: *Gott habe von Mund zu Mund mit seiner Seelen geredet.* Pariter & non ita pridem miras quasdam Prophetarum revelationes edidit *Christian. Anton. Römeling/ sub rubro: Die Zersthörung Babels von Mitternacht und Morgen nebst der darauff erfolgenden grossen Bekehrung der Juden/ Türcken und Heyden/ edit. An. 1710.* Utrumq; refutavit *Membrum aliquod Rev. Ministerii Hamburg.* in scripto, hoc ipso An. 1711. edito, sub titulo: *J. Maximilianus Daut und Hr. Christian. Ant. Römeling mit ihren für Göttl. gegebenen Weissagungen durch den Geist der Weissagung / aus dem Worte daß gewiß ist/beurtheilet.* Præ reliquis omnibus verò statim ab initio hujus seculi in hunc usq; diem *Neo-Propheta* illi ex *Montibus Cæmænis* orti, omnium fermè in sese converterunt oculos. De quibus potissimum, missis hac vice reliquis, pauca quædam in præsentî Schediasmate commentari fert animus, & juxta Regulam Spiritus S. 1. *Joh. IV. 1.* probare Spiritus: Num sint ex DEO? Quò autem ordine procedamus, quatuor formabimus Sectiones. Quarum prima sistet Historiam, secunda ponet Statum Controversiæ, tertia orthodoxam probabit Thesin, & quarta heterodoxam refutabit Antithesin. DEUS ille Luminis nobis det illuminatos mentis oculos, quibus in ipsius Lumine videamus lumen. Sanctifica nos sanctissime DEUS in tua veritate, verbum tuum est veritas. AMEN.

SECT.

SECTIO I.

SISTENS

NEO-PROPHETARUM

CEMMENORUM HISTORIAM.

§. I.



Nte omnia initio de nomine Neo-Prophetarum horum agendum erit. Vocantur latine *Cemmeni*, aut juxta alios *Cebennenses*, gallice *cevennes*. Nonnulli scribunt per *S. Sevennes*, ut *Auctor des reflexions d'es interessées*. Quem autem refutat *Auctor de Meslange de literature Historiq. & Critiq. sur toute* ce, qui regarde l'Etat extraordinaire des *cevennes* appellez *Camisards p. m. 9*. ubi & simul auctorem libri sub titulo: *Fanaticism deriu'd* notat, quod itidem scribi velit per *S.* quasi vox sit composita ex *Sept & de veines*, quia parva hæc provincia irrigatur *septem fluviiis*. Contra verò nunc monet per *C.* potius quam per *S.* scribi debere. Dicuntur autem sic Neo-Prophetæ hi à loco, in quo primas suas habuerunt sedes, qui sunt montes illi *Cemmeni*, de quibus & inter alios *Sam. Bouchart, in Canaan l. 1. c. 42. p. m. 754.* ita: *Cemmeni montes dicuntur Straboni & Prolomæo, rectius Casari & Pomponio & Plinio & Aufonio & Lucano Gebenna vocantur, & Gebennici.* Sunt & libri bonæ notæ, in quibus *Cebenna* scriptum, quod propius accedit ad vernaculum nomen *les cevennes*, & Britannicum *Reven*, quo vocabulo *Cambri montis*

B

tis

tis dorsum appellant teste Cambdeno. Montes porrò Geben-
 nici à Strabone definiuntur *πάχισ ὄρεων πρὸς ὄρεας τῆ Πυρηνῆς*,
 dorsum montanum ad rectos angulos Pyrenæ incumbens.
 Ad quæ citatus ille *Auctor de Meslange de literature* p. 10.
 observat, literæ C. & G. in inscriptionibus antiquis sæpe
 confundi, ut *Cajus Gajus, Macistratos Magistratus, &c.*
 idem & in *Cemmenorum* voce accidisse judicat, quam-
 vis literam C. præ G. seligat, Conf. & *P. Merula Cosmo-*
graph. part. 2. l. 3. c. 4. *Cemmenus* autem mons juxta
Baudrand. Geograph. part. 2. l. 3. c. 4. initium versus
Ligeris fontes sumens in 30. circiter leucarum longitu-
 dinem *Ruthenos* inter *Gabalos, Helvios* atq; *Velaunos*, sive
 hodierno loquendi more *Rouverque, Gevaudan, Vivarais*
 & *Vellay* ad *Ruthenensis* provincia superioris *haut-Ro-*
verq;, & *Septimania bas-Languedoc*, confinia *Lutevam*
Lodeve usque protenditur, *Galliamq; Narbonensem* olim
 ab *Aquitania* separavit: Aliàs etiam numero plu-
 rali hic mons effertur *montes*, more apud alios quoque
 montes recepto, v. g. *Alpes & Pyrenæi montes* probabi-
 liter, quod unum idemque jugum in plurima se dif-
 fundat, totidemque veluti in montes assurgat, ac pro-
 inde, qui verè unus mons est, plures esse montes vi-
 deantur. Ab hoc autem monte, & integer adjacens
 tractus suum habet nomen, & quidem si arctioribus
 circumscribatur limitibus, ille, qui à *Rhodani* ripa *Lutevam*
 usque *Lodeve* porrectus præter *Vivariensis* Provin-
 cia partes inferiores quinque diceceses complectitur:
Mimatensem de Mende, Aletanam d' Aleix, Ucetiensem d'
Usez, Nemausensem de Nîmes, eiq; finitimam Montis pessu-
lanam, Mompelier. Quarum primæ *Cemmenos superio-*
res les hautes çevennes, posteriores binæ constituunt
 inferi-

inferi-

inferiores les basses çevennes, vide Moreri Dictionair Historiqu. P. I. Tom. 2. fol. 103. a. Alii autem Tractum hunc longius adhuc & ad tertiam ferè Occitania partem exporrigunt, comprehensis eo simul tribus provinciis minoribus, *Gabalitana, Vivariensi, atque Velaunia.* Vid. *Baudrand Geograph. Tom. 2. P. 1. p. 41.* De quibus omnibus varia elegantissima adhuc habet Celeberr. *Dn. D. Christoph. Becman. in Dissert. de Justitia armor. Cebennens. in alma Viadrina Ann. 1704. bab. c. 1. n. 2. sqq.* In his ergò Gallia locis primas, ut diximus, sedes Neo-Prophetæ nostri habuerunt, indeque nunc *Cemmeni* aut *Cebennenses* vocantur. Ab eodem loco etiam vocantur *French Prophets, Prophetæ Francici*, quia ex Gallia in Angliam venerunt.

§. II.

Vocantur etiam aliàs *Camisardi, Camisards.* Unde autem rectè sic dicantur, vix constare videtur. Citatus jam auctor *de Meslange de literature p. m. 45. sq.* exhibet excerpta quædam ex literis ex *Monte pessulano* datis, in quibus variæ passim jocosæ ad explodendum hoc nomen rationes dantur: v. g. esse à *Camus*, quod juxta *Lexicon Moreri* est nomen *idoli* apud *Japonenses* & à locutione quadam *ardre le Camis* h. e. *bruler les Eglises, flagrare Ecclesias*, aut potius objectum illud superstitionis in Ecclesia, sive idola, ortum esse nomen *Camisards*, i. e. *Bruleurs d'idoles, crematores idolorum.* Alius ibidem derivavit hoc nomen *καμα* *Καμα* quod significat *laborem, aut fatigationem*, & *ισ* *is*, quod significet *vires & virtutem*, addita expletiva particula *αρ*, ut inde formetur, *καμα - ισ - αρ* *Καμα - ισ - αρ* contractè *Camisard*, loquendo de *homine vegeto & à labore infracto.* Adhuc alia affertur derivatio, quâ auctore Rabbino

Melchisedeche (ut jocosè vocatur) dicitur nomen *Camisard* Hebræum a *Cham* filio *Noë* & *Mizraim*. Aliàs autem, quemadmodum idem ille auctor jam citatus, ut & *Dn. D. Becman. l. c. n. 7.* indicant, nullum dubium est, quin per contemptum his hominibus ab hostibus ipsorum nomen hocce fuerit impositum, vel à *Camisade*, quod significat *nocturnam* & *antediluvianam* irruptionem: vel à *Chemise*, aut *Camisole*, quod significat *indusium*, seu *interulam* *Futter-Hemd*, quia arma apprehendentes & incalescentes tales induti incedunt. Quas verò derivationes dictus auctor *Anonymus* partes Neo-Prophetarum horum agens itidem contemptim admodum exagitat. Et alia istiusmodi convitia, quibus hi populi ab hostibus suis onerantur, recenset *Dn. Becmann. l. c.* Prophetæ autem vocantur, quia se pro Prophetis à DEO missis & immediatè inspiratis venditant, donum Prophetiæ jactitant, & futura in gratiam Ecclesiæ quoque prædicere in se suscipiunt.

§. III.

Pergimus jam ad Neo-Prophetarum horum *ortum, progressum, mirasq;* passim hætenus *res gestas*. Prodiit Anno 1707. Londini Tractatus Gallicus sub titulo: *le Theatre Sacré des çevennes* auctore *Anonymo*, (qui autem est *Mr. Misson*) quem tractatum Eques quidam Anglicanus *Job. Lacy* eodem anno Londini in Anglicanum idioma transtulit sub titulo: *A Cry from the desert*. Sic & *Anonymus* quidam (qui est *Dn. Furley*) in Belgio Epistolam quandam Anglicanam in idioma Belgicum translatum edidit, sub titulo: *Brief van N. N. aan zün Vriend in Holland geschreven, rakende de Nieuwelincx opgestane Propheten in Engellant*, edit. Roterod. Ann. 1708. Quibus

Quibus in scriptis historia Prophetarum horum uberius exponitur, de quibus & in reliquis scriptis, de quibus mox agitur. *Ortum* eorundem quod concernit, eum in jam dictis *Gallia* locis primum habuerunt. Non scrutabimur hac vice antiquiora secula, in quibus populi *Cemmeni* jam innotuerunt, laborem hunc ex professo, prolixè pariter ac eruditè jam exantlavit *Dn. D. Becmann. l. c. integro cap. 2.* in quo ex *Historia* probat, *Cebennenses* hosce Tractus jam à quinque retro seculis fuisse sedem belli Ecclesiæ militantis contra insultus sedis Romanæ, ejusque affectarum. Quod ut demonstrèt ex actis mediolorum seculorum IX. X. XI. XII. varia repetit, asserens, tractum illum *Cebennensem* vicinosque & universas *Alpium* protensiones ad montes usque *Pyrenæos* adeoque *Galliam Meridionalem* per *Delphinatum Provinciam Languedeciam*, junctâ *Sabaudia & Pedemontio* exporrectam constantem veluti sedem, & custodem fuisse primævæ illius simplicitatis Christianæ procul novitatibus Curia Romanæ, adeoque Orthodoxæ Ecclesiæ militantis subinde arctioribus limitibus comprehensam, quandoque & amplioribus extensam, variisque nominibus *Waldensium, Albigensium, Patarenorum, Petro-Brusianorum, Arnoldistarum* aliisve appellatam: sed ejusdem doctrinæ semper tenacem. Unde & ipsis mox bella mota ac persecutiones à *Curia Romanâ*. Jam equidem non negandum, veteres *Waldenses* & doctrinæ & morum puritate optimam sibi in Ecclesia conciliasse famam, de quibus & ex Nostratibus in peculiaribus Disputationibus egerunt *B. Dn. D. Dannhauer & B. Dn. D. Aegid. Strauch, conf. & B. M. Jac. Thomasi* scriptum à Filio *Christiano*

Stiano in Histor. Sapient. & Stultit. Tom. 1. p. m. 44. sqq. edito. Quare & ut testes veritatis passim à *Flacio in Catal. Test. Verit.* & à *Gerhardo in Confess. Cathol.* allegari solent. At verò veterum horum Majorum suorum doctrinam hodierni illi *Cemmeni* puram procul dubio non servarunt, cum aliàs in tam crassissimum Enthufiasmum prolapsi non fuissent, utpote de cujus ortu & progressu, recentiore nostram ætatem quod potissimum spectat, nunc sumus solliciti. In elapso jam seculo varia enthufiasmi hujus dedere specimina; præsertim autem sub initium hujus præsentis seculi nostri hi *Neo-Propheta Cemmeni* in jam dictis Gallia locis surrexerunt, magnasque turbas dare cœperunt. Quippe homines utriusque sexus, & cujuscunque ætatis conventus suos nocturnos in sylvis & specubus ex metu persecutorum habuerunt, & planè singulares in iisdem passu fuere ecstases, insolitosque corporis tremores: In ecstasibus dicuntur locuti purissimo idiomate gallico, quod aliàs extra ecstases non calluerunt. Si qui præsentis fuere, eos magna cum parrhesia ad pœnitentiam vitæque sanctimoniam adhortati fuere, idololatriam reliqvasque abominationes ac superstitiones Pontificiorum gravissimè increparunt, peccatoribus quibusvis impœnitentibus iram DEI comminati; contra verò piis bona quævis polliciti fuerunt. Ecstasibus autem hisce invalescentibus *Rex Gallia* acerbissimè in *Neo-Prophetas* hosce animadverti iussit, quippe multi miserrimè trucidati, alii autem in carceres coniecti. Cum autem istiusmodi fati obnoxios sese senserint, arma contra Regem suum capeffi-

capeffi-

capessiverunt, & quidem, ut venditarunt, jussu Spiritus, à quo agitati. Quo in bello etiam omnia negotia sua juxta prætenfas inspirationes suas expedire studuerunt, nullo milite excubias agente, hoste licet vicino, quia DEUM excubias agere persuasos se esse dixerunt. Quo de bello Cemmeni hi etiam *Manifestum* aliquod publicè ediderunt, in quo de Gallorum tyrannide, variisq; sibi illatis injuriis turbato religionis exercitio, ac persecutionibus conqueruntur, gravissimis passim inventivis usi, de quò vide *Die Unschuldigen Nachrichten Ann. 1701. p. 224 sq.* Ceterum mira passim sunt, quæ in jam citatis scriptis de iisdem leguntur, ex quibus Excerpta quoque quædam communicant *Acta Erud. Lipsiens. Ann. 1708. p. 137 sqq.* & celeberrimi *Dnn. Auctores derer Unschuldigen Nachrichten Anno 1707. p. 340. 634. 771. & 845.* item *Ann. 1708 p. 128.* Verbi gratia aliquis nomine *Clary*, cum in inspiratione dixisset, duos adesse exploratores, & hi tandem rem confessi à patruo *Johannis Cavalier* (cui idem nomen) veniam peterent, nonnulli simulatum hoc miraculum affirmarunt. Ille igitur eos increpans, flammam excitari jussit, ac per horæ quadrantem mediis in flammis incolumis perstitisse dicitur, donec extinguerentur, ne ullo quidem crine læso, præsentibus spectatoribus 600. militibus, totidemque hominibus aliis utriusque sexus ex vicinis locis concurrentibus. Cùm *Anno 1705. mens. Octobr.* duo inspirati ad rotam & rogam damnati fuissent, & brachiis ac cruribus fractis rogo imponerentur, è mediis flammis descendisse de rogo, mox autem à furente milite in ignem repulsi inter celebrationes nominis Divini animam efflasse dicuntur. Præfectus aliquis

liquis

liquis nomine *Cavalier*, cujus jam mentio facta, fertur à Spiritu mandatum accepisse, ut Sacram administraret Cœnam, & simul donum hoc habuisse, ut in ecsticâ suâ agitatione indignos potuerit dignoscere, quos & abegerit. *Elia Martinus* frater ad præsentes Scepticos convincendos, Spiritus jussu ventrem cultro ingenti percussisse dicitur, ne minima quidem vulneratione facta. Et in ipso bello à Spiritu ita confortatos sese fuisse asseruerunt, ut nec gladii nec tormenta hostium nocere quicquam potuerint, imò & secreta hostium consilia ac strategemata ipsis fuisse à Spiritu patefacta. Infantes etiam ac pueri dicuntur inter ipsos vaticinati. Sic namque *Jo. Verret* testatur Anno 1702. mens. Majo Monte pessulano infantem 13. aut 14. circiter menses natum & linteis adhuc involutum in præsentia 20. minimum hominum durante ecstasi voce distinctâ ac per omne conclave perceptibili mirabilia DEI annunciaffe, atque ad pietatem sinceram summo cum stupore fuisse exhortatum. *Alius* infantem sex mensium ad ubera matris vaticinantem & prædicantem audivit. *Flotardus* inspiratorum minimum 8000. numeravit, & Anno 1703. Ducem Rolland cum integro ferè ejusdem exercitu in inspiratione vidit. Et quæ sunt istiusmodi quamplurima mirabilia, quæ hac vice tacemus. Post multas sanguineas executiones demum Anno 1703. Galli quamplurimos *Cemmenorum* horum partim per proditores, partim alia fraude captivos duxerunt, eosque in *Hispaniam* militibus intermixtis ablegarunt, reliquis autem amnestiam aliquam obtulerunt, bonisque verbis Anno 1704. & 1705. ex regno suo expellere studuerunt.

§. IV.

§. IV.

Atque ita jam profugi Neo-Prophetæ hi ex Gallia pervenerunt in Angliam, imprimis autem Londini Ann. 1706. fedes suas collocare conati fuerunt, magnasq; omninò ab eo tempore & ibi dedere turbas. Inter primos potissimum ibidem hi tres fuerunt: *Mr. Marion, Mr. Fage, & Mr. Cavalier.* Hi, aliiq; nunc & hic Londini eadem illa mira sua, quæ in Gallia egerant, continuaverunt, in ecstasi prolapsi mira corporis totius concussione membrorumque omnium agitatione facta non modo præsentibus ad pœnitentiam, veramq; pietatem adhortati fuere; Verùm & ad morem Prophetarum ceu inspirati futura contingentia prædicere tentarunt; v. g. *instare finem mundi, Babel brevi tempore destructum, Ecclesiam vero restauratum iri, nimirum post tres annos per universum orbem magnum illum annum Jubileum cœpturum esse, impios per famem, pestem, terra motus, tonitrua, ignem de cœlo, aliq; severissima Dei judicia perituros esse, Regem etiam Gallia ad agnitionem deductum res suas auditurum esse, omnesq; suos hostes Anno 1706. coram se in genua procubituros esse dixerunt, proptereaq; Anno 1708. magna futura esse & Anglia, speciatim quoq; Londino varia imminencia fata prædixerunt, & quæ fuere his similia.* Initio in Anglia parum æstimati fuerunt, mox autem plures nacti sunt asseclas, præsertim cum doctissimus *Nicol. Facio* eorum partes agere, visionesq; eorum pro angelicis & divinis habere cœpit, quem in finem etiam Marionis prophetias edidit: Pariter & Vir quidam magni nominis apud Anglos, nempe Nobilis aliquis, cui nomen *John. Lacy* Neo-Prophetis hisce accessit, quippe Ecstatorum horum statum cum curâ examinans, tandem &

C sibi

fibi donum prophetandi concessum esse variis editis speciminibus testari voluit. Ipse multum obtestatur, nunquam se talem statum exoptasse, sed Deum potius rogasse, ne tale quid adversus se decerneret, nunc tamen statum huncce exoptatissimum sibi esse profitetur, animam enim in ecstasi gaudio ineffabili perfundi, & constanter ad Deum erigi. In ecstasi græcè & latinè loquitur, extra ecstasin autem his linguis nihil vel loqui vel scribere posse præ se fert, quamvis tamen certum, in juventute suâ rudimenta harum linguarum in scholis didicisse *Lacyum*. Neque etiam Melancholicus quidam dicitur esse, quamvis tamen & hoc certum, quemadmodum Amicus quidam optimus ex Anglia redux refert, antequam Neo-Prophetis hinc sese associaverit, vehementi quodam & diuturno morbo, quo etiam mente motus fuit, laborasse eum. Expectare adhuc dicitur summa cum fiducia donum illud sanandi ægrotos à DEO sibi promissum. Mox & alius quidam Nobilis Anglus magni itidem nominis *Richard Butkely* partes Prophetarum horum agere cœpit, imò & plures alii iisdem accessere, magnasq; sic in Anglia dederunt turbas, ut & plebs ad seditionem adversus ipsos fuerit excitata, quare etiam res eorum à *Judicio Regio Londini Ann: 1707* dijudicatæ & *d. 9. Decembr. Facio, Daude & Marion* ceu impostores numellis constricti fuere. Sic & à Consistorio Ecclesiæ Gallicæ *Londini d. 25. Febr. & 7. Mart. Ann. 1707*, examinati sunt, imprimis etiam testes, ad quos in *Theatro illo Sacro Cemmenorum* passim provocatur, auditi, & quia quamplurima venditata falsa deprehensa fuerunt, de quibus infra plura, Neo-Prophetæ hi excommunicati

municati sunt. His tamen non obstantibus in cœpto suo perstiterunt, & quemadmodum Amicus quidam ex Anglia referebat, certas Prophetarum Scholas, ut Prophetæ olim in V. T. habuerunt, in urbe ac in pagis erexerunt, magnumque discipulorum numerum attraxerunt, qui omnes itidem in ecstases incidunt, interiores adstantium cogitationes manifestare, prophetare, mira; quamplurima edere feruntur. Horum ex numero esse dicuntur homines omnium sectarum, & Sociniani (inter quos & *Emes Doctor* aliquis *Medicinæ* fuit) qui S. S. Trinitatem credere incipiunt, imò & ipsi Athei ac Deistæ, qui pristinum pessimæ vitæ genus planè immutent. Ceterum dicuntur hi Neo-Prophetæ homines maximè pii, verbi divini æstimatores, & omnes ac singulos ad veram pænitentiam adhortantes. Quo etiam factum, ut hi homines vel omnium mira hæc audientium in se converterint oculos.

§. V.

Integram quandam fidei confessionem Neo-Prophetarum horum per omnes articulos deductam videre nondum nobis licuit, nisi quod habetur in *dem Brief van N. N. aan zijn Vriend in Holland geschreven*, ubi p. 27. sq. quædam habentur de doctrina Neo-Prophetarum horum, & quidem sequentia: Ipsos Neo-Prophetas asserere, *se non asserre doctrinam aliquam novam; Agnoscere ipsos Scripturam S. pro regulâ fidei, agnoscere ipsos itidem unum illum verum Deum, Patrem, Filium & Spiritum S. Agnoscere ipsos Jesum Christum æternum Dei Filium, eum habere pro unico illo Salvatore, ob ejus meritum quoq; unicè sperare eos remissionem peccatorum suorum, seq; per eum unicè justificari*

justificari ex gratia credunt, & non ex operibus, aut ulla propria sanctitate propriaque justitia. Verum & hoc confiteri eos, omnem carnem corrupisse viam suam, omnes sectas & Ecclesias ita defecisse à verò Christiano statu, ut Anti-Christus una cum dominatu ac gubernatione sua ubivis in libero Dei populo irrepserit, Deum venire cum suis judiciis, finem ut faciat omnis carnis, annihilaret Anti-Christum, eosque qui ipsi adherent, ac impios omnes deleat in terrâ. Christum esse ante fores, ad regnum suum in Spiritu in hoc mundo erigendum, eumque omnes spurios ex Ecclesia sua ejeturum esse, omnemque idololatriam & superstitionem abrogaturum, Ecclesiam ejus non amplius esse regendam ab hominibus, eorumque consiliis, novam Ecclesiam esse erigendam, novosque ejus ministros esse constituendos. Quo de regno Christi & peculiarem ediderunt Catechismum hi Neo-Prophetæ, in quo illud ita describunt, quemadmodum Chiliastæ reliqui omnes describere communiter illud solent.

§. VI.

Diversa autem passim in Anglia de iisdem lata sunt judicia. Nonnulli, ut jam percepimus, omnia pro divinis habuerunt. Contra verò alii nequaquam divini quid hic agnoscere voluerunt. Sunt, qui dicunt, quod *Fatio* totius hujus negotii auctor sit, ut eo ipso Cabbalisticam Theologiam, in qua diu se exercuerat, introduceret. Alii pro imposturis omnia fermè habuerunt, quibus & *Jesuitarum* fraudes simul fuerint immixtæ. Alii mira hæc omnia Diabolica esse judicarunt. Adhuc alii causis naturalibus v.g. melancholiæ aut morbo cuidam epileptico & convulsivo hæc adscripserunt. Hinc nunc etiam varia passim scripta publice fuere edita tam à Fautoribus Prophetarum

rum, quam ab iis, qui novitatibus & turbis hisce sese opposuerunt. Quæ breviter hic recenserebimus, quot quidem ad manus nostras hactenus pervenerunt.

§. VII.

A partibus Neo-Prophetarum stant scripta quædam jam à nobis citata, v. g. (1) *Theatrum illud Sacrum Cæmmerorum, s. à Cry from the desert, i. e. clamor ex deserto*, in quo varia contenta ac res gestæ Neo-Prophetarum horum recensentur: Quale scriptum & (2.) est epistola illa ad amicum à Dn. Furley in sermonem belgicum versa, & (3) tractatus ille Gallicus: *Meslange de literature Historique & Critique sur tout ce qui regarde l'Etat extraordinaire des Cevennois appelez Camisards, i. e. mixtio seu Miscellanea literatura Historica & Critica de omnibus iis, qua concernunt statum extraordinarium Cæmmerorum appellatorum Camisards*. Præterea & adhuc sequentia scripta profant; nempe (4) *Elie Marionis Prophetia & admonitiones*, prodierunt sub titulo: *Avertissemens Prophetiques d' Elie Marion l' un des Chefs des Protestans, qui avoient pris les armes dans les Cevennes Londini Ann. 1707*, præmittuntur juramenta Joannis Daude, N. Facii & Cha. Portales, qui contestantur, omnia revera sic contigisse. (5) Istiusmodi prophetias suas quoque edidit Johannes Lacy sub titulo: *The prophetic Warnings of John Lacy Esq. pronounced under the operation of the spirit: i. e. admonitiones Propheticae Johannis Lacy Equitis pronunciate sub operatione Spiritus, Londin. Ann. 1707 impressæ*, & constantes tribus partibus (6) Idem Lacy adhuc edidit: *à Relation of the Dealings of God to his unworthy servant John Lacy since the Time of his Believing and Professing himself inspu'd. i. e. Relatio eorum, quæ Deus egit cum indigno*

suo servo Joh. Lacy ab eo tempore, quo credidit & professus
 est se inspiratum esse, Londini Ann 1708. impress. Quod
 scriptum Angli canum in sermonem Belgicum transtulit
 Anonymus quidam (qui est Furley) & Roterod. Ann. 1708.
 edidit (7) Variorum utriusq; sexus hominū prophetiæ,
 nominatim Maria Aspinal, Maria Beer, Thoma Dutton, Thome
 Emes, Johannis Glover, Anna Good, Elisabetha Grey, Ma-
 ria Keemer, Anna & Maria Kings, Johannis Lacy, Johan-
 nis Moor, Johannis Moulton, Johannis Potter, Maria Tur-
 ner, & Anna Watts, editæ sunt Londin. Ann. 1708. sub ti-
 tulo: *A Collection of Propheticall VVarnings of the Eternal
 Spirit, i. e. Collectio Prophetiarum admonitionum aeterni Spi-
 ritus.* (8) Et Catechismum aliquem ediderunt Neo-Pro-
 phetæ præsertim de regno Christi sub titulo: *The Pro-
 phet's Catechism of the Kingdom of our Lord Jesus Christ,*
 edit. Londin. i. e. *Catechismus Prophetarum de regno Regis
 nostri Jesu Christi.* Quo in Catechismo non nisi Chili-
 astarum doctrina de millenario illo fuit de novo pro-
 posita. (9) Prostat & scriptum sub titulo: *The New Pro-
 phets VVarnings &c. prov'd to be divine by several convin-
 cing arguments in a Letter to a Friend, i. e. Neo-Proph-
 etarum admonitiones &c. probatae ut divinae diversis convin-
 centibus Argumentis, in epistola quadam ad amicum Londin.
 Ann. 1708.* (10.) Eodem Anno 1708. Londini etiam prodiit
An impartial account of the Prophets in a letter to a Friend,
 i. e. *partibus non favens judicium de Prophetis in epistola ad
 Amicum.* Et hoc scriptum ex Anglicano idiomate in
 Belgicum transtulit Anonymus quidam (qui est Furley)
 sub titulo: *De Propheten in Engeland na de Raad onses
 Heeren geoordeelt aan here Vrugten, in een Brief geschreven
 aan een Vriend.* (11) *le Nouvell Hosanna des petits Enfans*
 i. e.

i. e. *novum Hosanna parvulorum infantum*. Quæ plagulæ scriptæ sunt occasione *puerorum Silesiorum orantium*. (12) Et *Richard Bulkeley* partes Neo-Prophetarum egit in scripto sub titulo: *An Answer to several treatises London. 1708. i. e. responsio ad diversos tractatus*, qui nimirum hactenus contra Neo-Prophetas prodierant.

§. VIII.

Scripta autem contra Neo-Prophetas hęc edita sunt sequentia: (1.) *Philipp. Mesnard* edidit *quatuor sermones London. Ann. 1708. sub titulo: les faux Prophetes convaincus sur Matth. VII 15. 16. i. e. falsi Prophetæ convicti*. (2) *Claude Groteste de la Mothe* itidem *quatuor sermones* edidit sub titulo: *Caractere des nouvelles Prophecies i. e. Character novellarum Prophetiarum a la Savoye Anno 1708.* (3) *Marck Vernous* edidit *a preservative against the false Prophets of the times, i. e. antidotum adversus falsos Prophetas hujus temporis London. Ann. 1708. impress.* qui auctor speciatim etiam miraculum illud *Clary* per ignem factum examinat. (4.) *Francius Hitchinson* scripsit à *Short View of the pretended Spirit of Prophecy London. 1708. i. e. brevis conspectus prætensi Spiritus prophetiæ*. In quo scripto & doctrina & mira illa Neo-Prophetarum horum examinantur & rejiciuntur. (5.) *Edmund Calamy* edidit *Londini 1708. duos sermones* sub titulo: *a Caveat against new Prophets i. e. cautio adversus Neo-Prophetas*. Cui autem ex Fautoribus Neo-Prophetarum *Sir Richard Bulkeley* opposuit epistolam quandam ad amicum sub titulo: *Remarks on the Caveat against new Prophets. Notæ ad cautionem adversus Neo-Prophetas Lond 1708.* (6) *Edmund Chishull* publicavit sermonem aliquem sub titulo: *The great Danger and Mistake of all new usum spirid Prophecies relating to the*

the

the End of the VVorld. London. 1707. Magnum periculum & error omnium novarum earumq; non inspiratarum Prophetiarum qua agunt de fine mundi. (7) *Osffring Blackall Londini Ann 1707. evulgavit sermonem hujus tituli: The VVay of trying Prophets: Via probandi Prophetas. Qvâ occasione & in gratiam Prophetarum prodiit scriptum sub eodem titulo: The VVay of trying Prophets. Quo in scripto auctor argumentis quibusdam probare conatur, Prophetas hoc esse divinitus inspiratos, editum est Londin. Ann. 1707. Idem scriptum una cum additamentis, & notis ad ea quæ Dn. Blackall in sermone suo de diabolorum notitia, de futuris contingentibus, eorumq; naturali Philosophia proposuerat, denuo edidit auctor aliquis sub nomine G. Philadelphi Lond. Ann. 1708. sub titulo: The right VVay of trying Prophets Recta via probandi Prophetas.* (8) *Josiah VVoodward scripsit Remarks on the modern Prophets London. 1708. notas in modernos Prophetas. Huic opposuit Johannes Lacy epistolam quandam sub titulo: Mr. Lacy letter to the Reverend Dr. Josiah VVoodward concerning his remarks on the modern prophets London 1708. i. e. Domini Lacy epistola ad Reverendum D. Josiam VVoodward concernens notas ejus in modernos Prophetas. Respondit autem eidem Dn. VVoodward in scripto sub titulo: An answer to the letter of John Lacy London 1708. Responsio ad literas Johannis Lacy.* (9) *Anonymus quidam edidit Examen du Theatre Sacré des Cevennes; Examen theatri Sacri Cenmenorum, seu Clamoris è deserto. Quo in libello varia illa Neo-Prophetarum portenta examinantur, & ex actis publicis quamplurima falsitatis arguuntur. Prodiit Londin. Ann. 1708. (10) Anonymus scripsit Clavem Propheticam, or a key to the Prophecies of Mons. Marion sive*
Clav.

*Clavem ad Prophetias Marionis 2. partes London. 1707. Quo in scripto Marionis Prophetiæ examinantur ac rejiciuntur. (11) Anonymus denuo edidit Reflexions des interessées sur certains pretendus inspirez i. e. reflexiones ingenuas super certos præten-
 sos inspiratos 2. partes London. A. 1707. Auctoris nomen latere voluit sub literis J. G. quem nonnulli putant esse Dn. Gra-
 verol. Sic & sequentia scripta adhuc ab Anonymis sunt edita. (12) *An Account of the French Prophets, and their pretended inspirations in thre letters sent to John Lacy London 1708. Judicium de Prophetis Gallicanis eorumq; præ-
 tensa inspiratione in tribus litteris missis ad Johan Lacyum. (13) An Account of the lives and Behaviour of the treh French Prophets and of the proceedings of the Consistorij of the Savoy: Judicium de vita ac moribus trium Gallicanorum Prophe-
 tarum & de processu Consistorii Sabaudici (Savoy est locus in urbe Londinensi, in quo ædificia sacra sita sunt) Quod scriptum est directum contra Clamorem illum è deserto (14) *Enthusiastick impostors, no divineley inspird Prophets: i. e. Quod Enthusiastici impostores non sint divinitus inspirati Pro-
 pheta. London 1707. Scriptum hoc est historica quædam relatio ortus & progressus horum Neo-Prophetarum, in quâ omnes eorundem agitationes, ecstases, inspirationes, Propheticæ admonitiones, & prætensa miracula probantur esse falsa. (15) *The Honest Quaker or the forge-
 ries and impostures of the pretended Prophets London. 1707. i. e. Honestus Quakerus, sive sycophantia & impostura præ-
 tensorum Francicorum Prophetarum. Et epistola quædam Quakeri alicujus scripta ad amicum suum (16) *Lettre d'un particulier a Monsieur Misson touchant les miracles Bur-
 lesques Lond. ann. 1707. Littera hominis privati ad Dn. Misson datæ, concernentes miracula faceta. Sunt 5. litteræ, in qui-
 bus variæ imposturæ his Neo-Prophetis imputantur.*****

D (17)

(17) *An Appeal from the Prophets to their Prophecies* London 1708 i. e. *Appellatio à Prophetis ad eorum Prophetias*. Quod scriptum prophetias Neo-Prophetarum variarum falsitatum arguit. (18) *The Devil of Delphos or the Prophets of Baal* Lond. 1708. i. e. *Diabolus Delphicus s. Propheta Baalis*. Quo in scripto varii falsi Prophetae recensentur, facta compellatione ad Neo-Prophetas Anglicanos. (19) *A dissuasive against Enthusiasm* London. 1708. i. e. *Dissuasio sive dehortatio ab Enthusiamo*. Quo in scripto praetensiones modernorum Prophetarum de divina inspiratione ac miraculis examinantur, ac confutantur. (20.) *Observations upon Elias Marion and his Book of VVarnings*. London. ann. 1707. *Observationes super Eliam Marion, ejusq; librum admonitionum*. Scriptum hoc probare nititur, Eliam hunc esse falsum Prophetam, & personam periculosam. (21) *A reply to the main argument in a paper entituled: an impartial Account of the Prophets*, London. 1708. i. e. *Replicatio ad palmarium argumentum chartae, cujus titulus partibus non favens judicium &c.* est refutatio scripti, cujus jam supra mentionem fecimus. (22) *Reflexions on Sir Richard Bulkeley's Answer to several Treatises*. London. 1708. i. e. *Reflexiones ad Dn. Rich. Bulkeley's responsionem ad diversos tractatus*. Est refutatio scripti illius, quod itidem jam supra citavimus. (23) *The Copy of a letter to Mr. F. M.* London. 1708. i. e. *Copia Epistolae ad Dn. F. M.* Auctor hujus epistolae latere voluit sub literis J. W. (24) *The Shortest Way With the French Prophets*. *Brevissima via cum Francicis Propbetis*. London. 1708. Est brevis quaedam epistola ad Mercatorem aliquem Londinensem, in qua agitur de ortu, progressu & totali suppressione horum seductorum in oppido *Birmingham* in *Warwickshire*. Et quae sunt istius modi scripta alia. §. IX.

§. IX.

Ex his ergo videre est, quisnam Neo-Propheta-
rum horum ortus fuerit & progressus. Adhuc in An-
glia dicuntur degere, quamvis publice non amplius,
ut haecenus, res suas agant. Sic namque Anno 1707.
d. 12. Decembr: Londini moriebatur jam supra citatus ille
Doct̃or Medicinæ Emes, qui & subsequ. die 25. Decembr. se-
pulturæ tradebatur. De hoc defuncto nunc variæ va-
riorum Prophetarum dabantur Prophetiæ, quod nimi-
rum infecuturo anno 1708. d. 25. Maji five 5. Junii styli vet. per
Johannem Lacy in hanc vitam revocandus esset, per
quem sic à mortuis resuscitatum mirabilia magna edi-
turus esset DEUS. Et hæc vaticinia sunt impressa, ac
prodierunt anglicè sub titulo: *Predictions concerning
the Raising the Dead Body of Mr. Thomas Emes commonly call'd
Doct̃or Emes.* Et hoc scriptum ex Anglico idiomate in
belgicum transtulit Dn. Fourley & Roterodami anno 1708.
publicavit sub titulo: *Voorzeggingen rakende het opwekken
van het dode Leicham van Doct̃or Emes.* Quæ verò vati-
cinia non fuere impleta, & quidem quemadmodum A-
micus quidam ex Anglia redux nobis retulit, Johannes
Lacy ab Amico quodam fuit monitus, ut in re tam ar-
dua, quæ & magnæ seditioni ansam dare posset, cautè
ageret, præprimis, cum ab aliis saltem hoc prædictum
fuerit; ipse verò à DEO plane nullo testimonio esset
edoctus, quod negotium hocce suscipere in se deberet,
reliquis enim Prophetis id prædicentibus, ipse Lacy pla-
nè nullam obtestationem hac de re habuerat. Quod
monitum amici etiam arripuit Lacy, idemq; illud in
Prophetarum congregatione proposuit, ad quam pro-
positionem omnes Prophetæ fuere perculsi, maximèq;

dubii facti. Hinc etiam factum, ut dicto die 25. *Maji*, vel 5. *Junii*, licet infinitus ferme Spectatorum numerus in loco sepulchri *D. Ernes* adfuerit; hi Neo-Prophetæ tamen penitus quieverint, & planè depressi fuerint animi. A quò tempore, imprimis cum & alia vaticinia eventu suo fuerint destituta, dicuntur quasi erubuisse, ut non amplius publicos suos celebraverint conventus in Anglia, & quemadmodum *Novella publica anni 1710.* referebant, potissimum nunc in *Scotiam* abierunt, & ibi Ecclesiam turbant. Præterea etiam in diversas jam dicuntur scissi partes

§. X.

Jam equidem omnia examinare instituti præsentis ratio non permittit, cum aliàs vel integrum scribendum foret Volumen: sed hâc vice vel unicum saltem *Johannem Lacyum* selegimus, Virum aliàs magni apud Anglos nominis, qui facile unus ex primariis est, qui Neo-Prophetarum horum causam egit, & imprimis nervum totius hujus Controversiæ exhibuit in *Prefatione* libro supra recensito: à *Cry from the desert* præmissa. Quâ Theologice examinata facile & de reliquis omnibus judicari poterit.

SECTIO II.

PONENS

STATUM CONTRO-
VERSIAE.

§. I.

Quo pateat eò melius, quid in controversiam veniat? ante omnia prius sententia *Johannis Lacy*

Lacy, cum quo hac vice potissimum agere fert animus, exponenda erit. Judicium nimirum ejus de his Neo-Prophetis consistit in sequentibus: Initio *l. c.* repetit doctrinam illam de regno Christi in hoc mundo restaurando, de quo prædictum esse putat *Je/ LXVI. 22. 2. Petr. III. 1. sq. Apoc. XXI. 1. sq.* id quod fieri debere, antequam genus humanum in hoc mundo desinat, asserit. Tempus quidem, annumq; quod concernit, in eo non convenire auctores, docet. Provocat autem ad auctorem tractatus, cui prædictam præfationem suam præmisit *Lacy*, qui se convictum esse testatur, à tempore Christi tam universalem mutationem regnorum, politicorumq; Statuum non accidisse, quam in hoc modo jam elapsorum 20. annorum spatio, unde certissime credit, Divinam providentiam adhuc majus quid intendere, quam tantum Principum Europæ conciliationem, ac pacem, quam hodierna magna illa Confœderatio pro scopo habeat. Expectandum ergo mox esse statum Ecclesiæ multò splendidiorum, quam unquam fuit, ita, ut ad Ecclesiam vocentur omnes Judæi, omnesq; Gentiles convertantur, Anti-Christus totaliter pereat, & universalis quædam reperiatur sanctitas. Deinde jam ulterius docet, Regnum hocce non per humanam sapientiam, studiaq; hominum promoveri posse, divinâ & immediatâ quâdam revelatione hic opus esse vi Prophetiæ Joelis, quæ diebus Pentecostes nondum plenè sit impleta, sed quæ illustrius adhuc implenda sit. Deniq; & nunc ad *Neo-Prophetas* nostros devenit, asserens, *Anglos* persuasissimos esse, doctrinam veritatemq; Christi post magnam illam *Ecclesiæ Gallicanæ* apostasiam in *montibus Pedemontii Delphinatus & Lan-guedocie*

guedocia sedem suam occupasse, ut olim arca Noæ super montes Ararat. Ad hujus doctrinæ & veritatis Professores nunc etiam *Neo-Prophetas* hosce refert. Quos veros Prophetas esse 12. argumentis infra examinandis, probare conatur.

§. II.

Tria ergo potissimum forent, de quibus disquirendum: (1) Num adhuc splendidius aliquod regnum Christi in hoc mundo ante finem ejusdem expectandum? (2) An propterea immediata quædam revelatio quoque speranda? Et (3) Num Neo-Prophetae illi, de quibus in præcedenti Sectione diximus, tales immediate inspirati, adeoque veri nominis Prophetæ sint, homines ad hoc instans regnum Christi præparaturi. De duobus prioribus momentis imprimis & recentiori hac ætate ad nauseam fermè usque jam disputatum fuit, atque propterea eò breviores hic erimus, provocaturi ad solidissima illa scripta, quæ à Nostratibus in his Controversiis tuere edita.

§. III.

Quoad *primum momentum* prænotamus (1.) non esse sermonem de regno Christi *potentia* vel *gratia* ad finem usque mundi continuando. Utpote quod lubenter concedimus. Nec (2.) sermonem esse de *regno Christi gloria* una cum fine mundi futuro. Et hoc facile admittimus; Sed potissimum (3.) sermonem esse de *novo* quodam *regno Christi*: seu nova quodam Ecclesia, (quemadmodum etiam loquuntur Neo-Prophetae) eaque splendidiore illâ, quæ hætenus in mundo fuit, & prouti *Dn. Lacy* eam descripsit. *Neo-Propheta* autem in *Catechismo* suo: *The Prophets Catechism of the Kingdom of*

ONT

our Lord Jesus Christ in respons. ad quest: Quid intelligitur per regnum Christi? Id ita exponunt: Regnum Jesu Christi est gloriosa & visibilis apparitio Christi ipsius cum omnibus sanctis, qui in ipso mortui sunt, quosq; secum vult ducere, qui manere debent cum illo in novo caelo, ut promisit, in regione aëris superioris, & ante plenam gloriam regni debet esse generatio sanctorum in nova terra hic infra, ubi sunt reliqui vivi, utraq; pars preservata à communi igne perditionis hominum impiorum. Durare hoc regnum ex hypothefi eorum debet per 1000. annos. Utpote quod uno verbo est Regnum illud Chiliafticum, quod Neo-Prophe-tæ hi in toto hoc suo Catechismo eò prolixius adhuc describunt eodem fermè modo, ac reliqui etiam Chiliaftæ solent. Et Elias Marion dans Avertiffemens Prophetiques p. m. 20. sq. eodem modo Regnum hocce Christi depingit.

§. IV.

Secundum momentum quod concernit, prænotamus (1) non esse sermonem de revelatione mediata, & ordinaria, quæ fit per verbum; sed de immediata & extraordinaria, quæ fit sine verbo. (2) Non esse sermonem de immediata revelatione in Ecclesia N. T. plantandâ, sed jam plantatâ, & quidem potiffimum in ultimis ejusdem temporibus. (3) Sermonem esse de immediatis revelationibus, non tam quoad fata quædam externa Ecclesie & Reip. specialesq; quosdam futuros eventus: quam quoad dogmata seu res fidei & morum, explicationemq; Scripturæ Sacræ. Quamvis & circa illa debita cautione opus. Vid. B. Pfeiffer. in Anti-Enthusiasm. p. 35. sqq. (4) Non esse sermonem de singularibus quibusdam fidelium motibus, & recreationibus Spiritus, qui ipsis videntur extra-

extra-

extraordinarii, ac immediati, quosq; alii Sancti non æq; sentiunt; qui tamen *revera* immediati non sunt, sed utiq; ex verbo orti. Vid. B. *Vinckler* in *Schriftmäßigen wohlgemeinten Bedencken über das Sendschreiben an einige Theologos* §. 10. p. 22. sq. sed de *immediatis & extraordinariis revelationibus revera* talibus. (5) Non esse sermonem de *stricturis & scintillis* quibusdam *luminis Prophetici*, de quibus vid. *Magnif. Dn. D. FECHTII*, in *Christo Patris nostri summopere colendi Praelect. Publ. de Controv. recentior. MSt. c. 3. §. 16. & 23.* sed de *pleno doni Prophetici lumine* in ultimis mundi temporibus excitando; (6) Non esse sermonem de *potentia*, sed de *voluntate DEI*, eaq; revelata. Ceterum plura quoad statum *Controversiæ* hic adhuc habent *Minister. Tripol.* in der abge- nöthigten Lehr- und Schusschrift wieder den *Guttman- nischen Offenbahrungs- Patron part. 1. p. 232. sqq. & 344.* B. *Stolterfoth* in der *Wiederhohlung* p. 18. 32. B. *Avus no- ster Lic. Balthas. Rhaw* in *Præf. von den Neuen Propheten præmissa Concionibus in Daniel.* B. *Pfeiffer l. c. tot. cap. I.* B. *Vinckler. l. c.* quæ & hoc loco repeti poterunt.

§. V.

Denique *tertium Caput* quod attinet, prænotamus, (1) potissimum nos hac vice saltem esse sollicitos, ut in- quiramus: Utrum hi vulgo sic dicti *Neo-Prophetæ Anglicani veri nominis, & à DEO immediate inspirati Pro- pheta dici queant, qui adeo principium aliquod habeant super- naturale?* Hoc autem negato (2) non *prolixè & apodi- cticè* in genuinum illud *ecstasium* harum principium, utrum nimirum *naturale*, an *praternaturale?* utrum *ve- rum*, an *fictitium* quoddam sit in omnibus? inquisitu- ros esse & asserturos. Suspendi enim hic *judiciam* pote- rit,

rit, modo id unicum, quod potissimum intendimus, evictum dederimus, *mira haec non esse à DEO, nec pro Divinis veriq; nominis Prophetis hos homines agnoscere nos debere.*

SECTIO III. ORTHODOXAM THESIN PONENS ET PROBANS.

§. I.

His jam prænотatis dicimus (I.) *Præter regnum illud Christi præsens potentia gratiaq; ac futurum gloria novum aliquod, in quo omnes Judæi convertendi, omnes Gentiles advocandi, deletis omnibus impiis, & Christus gloriose in hoc mundo sit appariturus, non expectamus.* Prob. (1) à silentio Scripturae S. quæ nullibi istiusmodi aliquod regnum futurum præter regnum gloriæ post hanc vitam & post hunc mundum promisit. Imo contrarium potius ex eadem est ad oculum, quemadmodum ex subsequentiis ulterius patebit. (2) Quia juxta Scripturam cum adventu illo Christi, quem adhuc expectamus, immediatè connexum est *judicium extremum finisq; mundi Matth. XXV. 31. 46. 1. Thess. IV. 16 sqq. 2. Thess. 1. 7. 8. 9. 2. Petr. III. 10. &c.* Non ergò adhuc in hoc mundo ante interitum hujus generis regnum aliquod Christus adornabit; sed incipiet *regnum gloriae.* (3) Quia finis totius mundi dicitur esse propinquus, ut subito & inopinatò ad eum adfuturus sit Christus 1. Cor. X. 11. 1. Petr. IV. 7. Jac. V. 8. 1. Thess. V. 2. non ergò per mille adhuc annos Christus regnum suum ante finem mundi in universali quadam felicitate formabit. (4)

E

Quia

Quia impii ad finem usq; mundi immixti erunt bonis *Matth. XIII. 38. 39. 40. 49.* (5) Quia juxta Scripturam finem mundi antecessura sunt pessima tempora. Vide clarissima loca *Matth. XXIV. 37. sqq. Luc. XVII. 27. seq. 1. Tim. IV. 1. &c.* non ergo universalis quædam sanctitas in hoc mundo ante finem ejus speranda. (6) Quod speciatim Judæos concernit, manet eos maledictio tam generalis *Deut. XXVIII. 15.* quam specialis *Ps. LXIX & CIX. it. Matth. XXVII. 15. &c.* ut adeo universalis quædam conversio eorundem non speranda, nec felicitas quædam inde in Ecclesiam redundatura sit (7) Anti-Christi & Babelis destructio totalis non nisi immediate cum adventu illo Christi ad judicium, fineq; mundi connectitur. *2. Thess. II. 8.* quicquid etiam alii velint, ac si de *Gnosticis* hic sermo sit, & de defectione quadam ad castra eorum, vid. *Henr. Hammond. de Episcopal. Jur. Dissert. Proem. 1. c. 9. p. m. 25. sq.* sed sine fundamento. Neque ergo & ex destructione hac felicitas quædam ante finem mundi est speranda. Plura hic vide apud eos, qui & recentiori hac ætate materiam hanc ex professo discussierunt, ut *B. Dn. D. Pfeiff. in Anti-Chiliasm. c. 4. p. 155. sqq.* item *in der Klugheit der Gerecht. in Dedicat. ejusq; apologis, v. g. Gerechte Sache & Scepticism. Spenerian. B. Dn. D. Neumann de Chiliasm. subtiliss. B. Dn. Nungess. in spe desperata melior. temp. Dn. D. Frid. Ulr. Calixt. de Chiliasmo, L. VVachter. in Chiliaft. Vanitat. demonstrat. & in Arcan. Chiliasm. modern. B. Dn. D. Wandalin in Chiliasmi Considerat. Dn. Christoph. Koch in Chiliafta plagiar. Ejusq; filius Dn. Christian. Gottlieb Koch in desperata Chiliasmi causa, Lic. VVolf in Dialog. de Chiliasmo, Boldig in der schlechten Hoffnung besserer Zeiten / & quæ sunt istiusmodi scripta alia.*

§. II.

§. II.

Dicimus (II.) *Neq̄ hodie plantata jam Ecclesiā immediatam quandam revelationem aut inspirationem in rebus fidei ante finem mundi expectamus.* Prob. (1) à silentio Scripturæ, in qua istiusmodi immediata revelatio ante finem mundi speranda non est promissa, Quicquid autem certò sperandum, illius utiq̄ habere debemus promissum. (2) Quia contra potius, in primis & in ultimis temporibus cavere jubemur à falsis Prophetis *Matt. VII. 15. seqq. C. XXIV. 24. 1. Thess. II. 9. 2. Tim. III. 5. seqq.* ut propterea probatione spirituum opus sit *1. Job IV. 1.* Quod si autem nunc & veri nominis Prophetæ surrecturi essent, quare & eos non æque clarè Spiritus S. prædixisset? (3) Quia in rebus fidei & probatione Spirituum non ad immediatam quandam revelationem: sed unicè ad verbum ceu unicam illam regulam & normam fidei ac morum ablegamur & in N. T. *Job. V. 39. Gal. VI. 16. Cap. I. 7. 8. Luc. XVI. 27. ad fin. Rom. XII. 7.* Quod si autem nunc immediata quædam revelatio adhuc expectanda esset, ea ejusdem auctoritatis cum Scriptura S. foret. Atque sic necessario clare ac dilucidè illa prædici debuisset ceu norma, ad quam obscuriora illa Scripturæ S. explicanda essent, ut quidem hodierni Neo-Prophetæ id intendunt. Quamdiu autem hæc prædictio clarissimis verbis ostendi nobis nequit, tamdiu nos clarissimam literam tenemus, Scripturamq; pro unica normâ retinemus, omnesq; venditatas immediatas revelationes in rebus fidei & morum rejicimus. Non quasi DEUS ad ineptos hominum mores sese attemperaverit, quemadmodum nimis abjectè sentit de Prophetiæ dono *Job. Spencerus in Tr. de Legib. Hebr. l. 3. c. 2. Sect. 3.*

Tom. 2. p. m. 18. sq. ubi statuit, DEUM Judæis ad morem Ethnicorum dedisse Prophetas, quia Prophetias & oracula in pretio habebant, ne ergo ad gentilium Prophetas accederent, ob seculi morem donum hoc iis concessisse, Christianis autem denegasse, quia successu temporis homines oracula ceu fallaciæ officinas aspernati sint: Atque sic nunc & ad hunc hominum morem in N. T. se attemperasse DEUM. Absit à sanctissimo DEO istiusmodi blasphemus conceptus, qui ut in V. ita & in N. T. longe sanctissimas & justissimas suas habuit rationes, de quibus quantum Novum quidem Testamentum concernit, ex subsequentiibus adhuc addendis argumentis aliquid constabit; de reliquis hac vice prolixius differendi non est copia. (4) Quia nec immediatâ quâdam revelatione opus habemus propter perfectionem Scripturæ S., in qua habemus omnne consilium DEI de nostrâ salute *Act. XX. 27.* ut integer sit homo Dei ad omne opus bonum probe instructus *2. Tim. III. 17.* ita, ut planè nullo amplius indigeamus dono, atq; sic nec dono revelationis, expectantes saltem revelationem Domini nostri Jesu Christi *1. Cor. I. 7.* Quod vel unicum clarissimum dictum omnem spem revelationis alicujus immediatæ ita prosternit, ut non videam quid solidi adversus illud excipere Neo-Prophetæ possint. In hac clarissima litera denuò immobiles persistimus, omnemq; immediatam revelationem in rebus fidei ac morum venditam tuto rejicimus. (5) Quia jam clausum habemus canonem, cui nihil addi oportet. Non spernenda facile clarissima litera *Apoc. XXII. 18. 19.* si saltem hæc attendatur circumstantia, Johannem Apostolum ultimum fuisse Scriptorem *Θεόπνευστος*, qui sic procul

cul

cul dubio omnes Libros Canonicos N. T. in ordinem rededit, atque ita canonem N. T. plane emphatica hac clausula communire voluit. Clauso verò jam Canone, canonici nihil amplius admittendum erit. Atq; sic quoq; omnis immediata revelatio cessabit, quæ juxta Adversarios semper aliquid canonici secum habere asseritur. (6) Quia cessante hodie dono illo probandi Spiritus infallibili, maxime periculosum est Prophetias admittere, imprimis & cum ipse diabolus in Angelum lucis facile sese transfigurare queat. (7) Quia & omnes hactenus venditatae prophetiæ, falsæ tandem deprehensæ fuerunt, quantâ cum specie etiam initio propositæ fuerint. Ostendunt id ad oculum exempla *Theophrasti Paracelsi*, *Petri Nagelii*, *Pauli Felgenbauer*, *Thomæ Münzeri belli rusticani auctoris*, *Schwenckfeldii*, *Jac. Bohmii*, *Christoph. Kotteri*, *Nicol. Drabicii*, (quorum defensionem in se suscepit *Joh. Amos Comen.*) *David von Oppen*, *Johann Warners*, *Georg Reichard* (quorum causam egit *Dn. D. Fabricius*, quem autem mascule refutavit *Dn. M. Stolterfoth*) *Ezech. Meth*, *Esaia Stieffelii*, *Quirini Kuhlmanni*, recentissimè *Virginis Assenburgicæ*, cujus patrocinium impudenter fatis in se suscepit *Dn. Petersenius*, à *Wincklero*, *Mayero*, *Pfeiffero*, *Wandalino*, *Oleario*, *Læbero*, *Schelguigio*, aliisq; fatis refutatus, infinitorumque aliorum, quorum catalogum vide apud *Gisbert. Voët. in Disput. Select. part. 2. p. 1055. sqq.* *Thom. Campanell. de Monarch. Hispan. Append. p. m. 451. sqq.* *Francisc. Hutchinson in à Short view of the pretended spirit of Prophecy p. m. 47. sqq.* *Anon. in the Devil of Delphos, cōf. & Magnif. Dn. D. Schelguig. Sectir. Pietistery in part. 2. art. 13. n. 22. p. 251. sqq.* & die neu/und alte Schwarm-Geister-Bruth/aliasq; Ut nunc plurima

alia argumenta taceamus, quæ illi quoque congefferunt, qui jam olim & recentiori hoc ævo nostro controversiam hanc itidem pertractarunt, v. g. *Minist. Tripol. außf. fühl. Bericht von den Neuen Propheten/it. wieder den Guttmanischen Offenbahr. Batron/B. Joh. Meisn. tract. de Prophet. B. Stolterfoth in variis scriptis de Visionibus contra Fabricium editis, B. Balth. Rhaw in Præfat. Danieli præmiss. Gisbert. Voët. in Diss. Select. l. c. Frider. Spanhem. in Diss. Theol. part. 2. Diss. 16. & 17. B. Pfeiffer. in Anti-Enthusiasm, Maximè Rever. Dn. D. FECHT. nostr. in Prælect. Publ. jam supra laudatis c. 3. B. VVinckler im Schriftmäßigen Bedencken/B. Dn. D. VVandalin. in Præfat. de novis revelation. tractatui de Chiliafm. præmiss. conf. & scripta occurrentia in der alten und neuen Schwarm-geister Bruth.*

§. III.

Dicimus (III) *Vulgo sic dicti illi Neo-Prophetae Anglicani non sunt veri nominis Prophetae, nec à DEO inspirati.* Probari id in genere potest ex jam dictis & probatis. Quod si enim Ecclesiâ jam plantatâ plenum illud lumen Propheticum cessavit, ita ut nullum habeamus à DEO promissum, vi cujus illud denuò expectare liceret: imo contra potius jubemur cavere à Pseudo-Prophetis ultimis temporibus surrecturis. Quod si etiam his omnibus non egeamus, cum perfectum clausumque habeamus canonem, ita ut nullus donorum divinorum sit defectus, & planè nihil amplius expectemus, nisi apparitionem Christi ad judicium finemque mundi, certè venditatum hoc Neo-Prophetarum horum lumen Propheticum, quod majus, splendidiusque esse volunt, quam olim quoddam in Ecclesiâ fuit, erit nullum. De tam insigni enim revelatione procul omni

mni dubio aliquid certi clariq; haberet Scriptura Sacra,
 nisi aliàs imperfectionis arguenda esset. Sed nunc u-
 nicè verbo adhæremus, etiamsi & vel Angelus de cœlo
 revelationes venditare vellet. *Specialius* autem assertio
 nostra probanda erit ex *criteriis* illis, ex quibus aliàs ve-
 ri nominis & à DEO inspirati Prophetæ dijudicari &
 dignosci solent. Varia quidem istiusmodi recensentur
criteria, de quibus vide B. Hülseman. in *Prolegom. Com-*
ment. in Prophet. Jeremiam præmiss. c. 6. p. m. 26. sqq. B.
 Calov. in *Bibl. Illustrat. V. T. in Prolegom. de Prophetis Libris*
Histor. V. T. præmiss. p. m. 650. B. Jo. Meisner. de *Prophet.*
p. 93. B. Jo. Gerhard. in *Exegef. Locor. Th. Loc. 1. §. 169.*
p. m. 66 B. Lic. Kharw. in *Præfat. Danieli præmiss. Frid. Spanhem.*
in Dissp. Theol. Miscell. part. 2. p. m. 293. sqq. & 299. Gubert. Voët.
Dissp. Select. part. 2. p. 1045. sqq. Hermann. *VVits. in Miscel-*
lan. Tom. 1. l. 1. c. 15. p. 132. sqq. Jo. Henr. Heidegger. in *Exer-*
citat. Biblic. Tom. 1. Dissertat. 8. n. 28. p. m. 234. & in Corp.
Theol. Christ. Tom. pr. Loc. 11. n. 48. & 51. p. m. 438. sq.
Nicol. Gurtler. in System. Theol. Prophet. p. 86. Petr. Thyra-
um Novesiens. de apparition. omnis gen. spirit. & DEI l. 4.
c. 18. p. m. 475 sqq. & 6. 19. p. 479. sqq. Conf. & B. Dn.
VVinckl. im Schriftmäßigen wohlgemeinten Beden-
cken §. 6. p. 8. sq. ubi ex Patribus potissimum *criteria*
 quædam adducit. Nos vero sequentia potissimum urge-
 mus argumenta, quibus speciatim evincimus, Neo-Pro-
 phetas hosce non esse à DEO. Nimirum prob. (I.)
Quorumcunq; Prophetia non est analogâ fidei, illi non sunt
veri nominis Prophetæ, nec immediatè inspirati à DEO. At
qui Neo-Prophetarum horum Prophetia &c. E. Maj. prob.
 quia hoc est criterium quod ipse Spiritus S. commendat
Rom. XII. 7. Ex quo fundamento & Patres Montanista-
 rum

rum

rum prætenſas inſpirationes rejiciebant. Sic enim *Euſebius l. 5. Hiſt. Eccleſ. c. 16. p. m. 181.* inquit: *Cum fideles qui in Aſia erant, ſæpius & plurimis Aſia locis ejus rei cauſa conveniſſent, novamq; illam doctrinam examinaſſent, & prophanam atq; impiam indicafſent, damnata hæreſi iſti & Eccleſiæ & fidelium communionem expulſi ſunt.* Minor prob. ſi Neo-Prophetarum horum vaticinia examinemus, ad hanc regulam, deprehendemus analogiæ fidei quæ non ſunt conformia. Unum alterumve ſaltem Speciminis loco afferemus. Sic e. g. tota illa doctrina de Regno Chriſti, quam in vaticiniis ſuis & in *Catechiſmo* ſuo edito profitentur, eſt contra illa Scripturæ loca, in quibus de regno Chriſti agitur. Scriptura S. *tria* ſaltem recenſet Chriſti regna, Neo-Prophetæ autem habent *quatuor*. Scriptura Sacra aſſerit, impios & Hæreticos ad finem uſq; mundi Eccleſiæ fore immixtos, vide clariffimam literam *Matth. XIII. 38. ſqq.* item *v. 48. 49.* idem fatiſ videre eſt ex parabolâ Chriſti *Matth. XXV. 1. ſqq.* ubi & fatuæ reperiuntur virgines uſq; ad ultimum Chriſti adventum, idem ex proceſſu Judiciali Chriſti in fine mundi habendo videre eſt *v. 32.* Neo-Prophetæ verò docent in *Catechiſm. p. 2.* regnum Chriſti in hac terra ante finem mundi tantum puros & ſanctos comprehenſurum eſſe. Ibidem *p. 10.* docent, Chriſtum etiam Angelorum Mediatorem eſſe, quod eſt contra *1. Tim. II. 5. & Hebr. II. 16.* Pariter & eodem in loco docent, quod Angeli boni ſteterint, id ex Electione eorum eſſe derivandum; Quod eſt *abſolutum* illud *DEI Decretum*, de quo Scriptura S. plane nihil novit, & potius eidem penitus contrariatur. Sic & integra reliqua doctrinâ hujus *Catechiſmi* de regno illo
Chriſti

Christi est contra Scripturam. Vide eos, qui magno numero contra regnum illud Chiliafticum scripserunt, idq; penitus expugnarunt. Quæ in compendium, quantum & prophetias de eodem attinet, redegit B. Dn. D. Pfeiffer in *Anti-Enthusiasm. p. m. 192.* quæ hic re-
pete, cum eadem hic ludatur fabula. *Elias Marion* in *Prophetiis suis* universalem religionis corruptionem as-
ferit, vide *Avertiffemens Prophetiques p. 147. & 175. sq.*
Quod tamen est contra *1. Reg. XIX. 18. & Matth. XVI. 18.* Idem *Marion l. c. p. 95. sq.* dicit, non unum esse
Anti-Christum; sed eundem & Babelem esse in uni-
verso mundo, omnibusq; ejus locis. Quod expresse
est contra *2. Theff. II. 4. & Apoc. XVII. 1. 5. 16.* ubi dici-
tur Anti-Christus esse in Ecclesia, & speciatim Romæ,
cui omnia quam maxime conveniunt; *Marion* vero e-
um quoq; extra Ecclesiam esse dicit, confundens nimi-
rum Anti-Christum Occidentalem & Babelico-Roma-
num cum Orientali, de quo *Ezech. XXXVIII. 2. sq. & Apoc. XX 7 sq.* qui tamen *strictè* sic dictus itidem non est in uni-
verso mundo. Et vaticinium *Joelis cap. II. 28.* explicant
de præsentibus temporibus, vid. *Elia Marions Avertiffemens p. m. 75.* Quod autem est contra *Act. II. 17.* Ita & alia
quædam Calviniana dogmata passim inspergunt, quæ
sunt contra analogiam fidei. Et quæ sunt istiusmodi
anti scripturaria alia, quæ hac vice brevitas ergo ta-
cemus. Prob. (2) *Quic. Scriptura non saltem contradicunt;*
sed & homines ab eadem seu unico illo principio abducunt, illi
non sunt veri nominis Propheta. Atqui Neo-Propheta &c.
E. Maj. ex eo constat, quia omnes veri Prophetae u-
nicè homines ad canonem verbi divini ablegant, vid.
Jes. VIII. 20. Gal. I. 8, 2. Petr. I. 19. imò & ipse Christus
sem-

semper ad Scripturam nos revocat *Job, V, 39. Luc. XVI. 29. &c.* Et verbum hoc manet *Luc. XXI. 31.* Qui ergo à verbo hoc homines abducit, pro verò Propheta haberi nequit. Imo expresse & hoc ut Criterion aliquod ipse Spiritus S. adducit, ex quo Prophetæ dijudicandi *Deut. XIII. 3. 4. Minor prob.* Quia Neo-Prophetæ hi ad unum omnes DEUM in se & per se loquentem introducunt, *immediate sine verbo revelato*, utpote ex quo vel plane non, vel rarissime admodum aliquid profertur, hæcquæ; immediata inspiratio promittitur ab iisdem omnibus & singulis fidelibus. Imò & vaticinia sua conscribunt, typisquæ; publicis exprimenda curant. Quibus omnibus ceu immediate à Spiritu S. inspiratis divinam etiam autoritatem sibi arrogant, qua aliàs unicè Scriptura illa Canonica, quam habemus, pollet. Audiamus inter alia Prophetiam illam latinam, quæ habetur in *John Lacys Propheticall Varnings part. 2 p. m. 83.* ubi inter alia ita: *Quid mihi autoritatem illam opponitis? Scripturas tales, ut vobis dedi, tales requiro & aliter explicandas jubeo. Id agendi facultatem nequaquam refellendam, imò vulgi dabo & do.* Arguo: Q. claram Scripturæ literam bene hæctenus explicatam, non admittit, nec eam pro unico principio habet: sed immediatam quandam inspirationem, ex quâ illa demum rite explicanda, adhuc præfert, ille homines à Scriptura ceu unico principio abducit. Atqui Neo-Prophetæ &c. E. Adeoquæ; hic Enthusiasmum ac Quakerismum evidenter satis produnt, de quo vide B. *Holzhausen* in *Anti-Barclajo c. 2. p. m. 22. sq.* & *Reiser* in *Anti-Barclajo p. m. 5. conf.* & quæ B. *Dn. Pfeiffer* l. c. p. 170. *sqq* hic habet. Quæ omnia & contra Neo-Prophetas

tas

tas nostros urgeri possunt. Prob. (3) *Q. de inspiratione Divina non sunt infallibiliter certi ac persuasi, illi non sunt veri nominis Prophetae, & immediate à DEO inspirati. Atqui Neo-Propheta Anglicani &c. E. Maj. prob. quia certitudo illa sine formidine oppositi veris Prophetis olim fuit propria 2. Sam. XXIII. 1. conf. B. Stalterfoth in Der Wiederholung c. 3. p. 86. & Job. Henr. Heidegger. in Corp. Theol. Christian. l. c. n. 51. p. m. 439. Min. prob. (1) ex testimonio ipsius Eliae Marionis, qui in depositione sua ipse testatus est, se nescire, utrum DEUS ad se locutus, nec ne. Vid. Clavem Prophet. part. I. p. m. 14 (2) Ex infallibili testimonio omnium Prophetarum, qui prædicabant, Doctorem Emes à Lacyo è mortuis suscitandum esse, qui autem eo ipso tempore, quo jam id fieri oportebat, ad unum omnes dubii facti sunt, indicio certissimo, priores prædictiones omnes non fuisse à DEO. Prob. (4) *Q. de situantur Spiritu Prophetico, illi non sunt veri nominis Prophetae. Atqui Neo-Propheta Anglicani &c. E. Majorem nemo facile in dubium vocabit. Min. prob. (1) ex objecto. Qui ex Spiritu Prophetico ac Divino locuti olim sunt, illi de rebus maxime arduis, summis mysteriis alibi non patefactis, imprimis etiam de Christo, veraq; fide salvificâ in eum ceu principio & fonte morum DEO placentium 1. Cor. II 7 8 Act. X. 41 &c. Si verò examinemus jam Prophetias Neo-Prophetarum nostrorum, apparebit, tale quid nihil occurrere, mysteriaq; veri nominis immediate planè nulla proferri. Quæ de regno Christi habent, ita sunt comparata, ut, quemadmodum modò jam monuimus, verbo revelato plane sint contraria, & sic plane nullo modo mysteria sunt dicenda; sed somnia Prophetarum. Aut si forte adhuc sani aliquid ha-**

habent, v.g. *Christum venturum esse ad Judicium, puni-
 turum esse malos*, & istiusmodi alia, illa toties totiesq; jam
 in verbo revelato habentur. De vera *fide* in Christum,
 ejusq; *satisfactione* ac *merito* vel nihil vel rarissima ac
 paucissima reperimus, *sanctitas* quidem *vita* saepe ur-
 getur, fontis autem & principii plane non fit mentio.
 Imo contra, inepta infinita ferme habent, taliaq; ex
 quibus nec in fide nec in vita ædificamur, ut ex mox
 adducendis speciminibus patebit. (2) *Ex effectu*. Quod à
 DEO est, efficacissimum est ad ipsa intima cordis per-
 tingens. *Hebr. IV. 12. Jerem. XXIII. 29.* At verò quæ
 Neo-Prophetæ proferunt, plane nullos in animis le-
 gentium aculeos relinquunt, imprimis & cum confu-
 sissima sint omnia, ordinem plane nullum servantia,
 sacra profanis miscendo. Speciminis loco proferamus
 Prophetiam aliquam eamq; latinam, quæ habetur in
John Lacys. Prophetical Warnings part. I. p. m. 60. sq.
 ita sonans: “ Extensa sunt brachia mea indies amore
 complexari eos, qui dignati sunt, qui se præstant hu-
 miles & aptos recipere gratias, quas posuè diffundo.
 Immensitatem infinitam notoriè cognitam per totam
 terrarum orbem notoriè cognitam faciam. Profun-
 ditas naturæ incomprehensibilis meæ, demonstrata e-
 rit inexhaustibilis. Si exhaustari poterit, imbecilli hu-
 mani generis tantum inde (attrahent) ut notum erit o-
 mnibus, quantum ego sum incomprehensibilis. Pa-
 ratum est fulmen; manu tenet Omnipotens: Ter-
 rarum nationumq; motus. Obruens desolatio sequitur,
 sequitur momento. Efflorescent deliciae suavitatis
 meæ in urbe hac. Fratres volo esse amicos. Grex
 non potest nec agmen subsistere sine unito ordine.
 Vobis

Vobis amore inter ipsos dilectissime conjunctis effun- 33
 dam, congregatis insignia ultimi amoris mei. Præ- 33
 parata & decorata est mensa festivalis: Et locum vobis 33
 curavi, ubi fontes vitæ cœlestis emergentes animi ve- 33
 stri suaviter gustarunt. Oratores politissimi, libris do- 33
 cti, Clarissimi Vobis notum sit, mamillas exuberantes 33
 extentas dabo, effluentes, quarum lac deliciosior & gene- 33
 rosior, & genere nobilior, quam eruditio vestra, quã quod 33
 eruditio vestra possit instruere. Ergo elegi non vestris 33
 literis instructũ, ut vos omnes Academicos & Bibliotheca 33
 Bodlejana stupidissime plenos, ut vos imo, imo vos Athe- 33
 nienses, disputatione peritos, ut vos confundam. Non 33
 ego vobis veniam precor, Quæstionem dare aut re- 33
 fellere demandem: & respondete, non tanto fraudis a- 33
 cumine; sed cordis sinceritate. Verba non ego penso; 33
 sed cordis merita. Tibi & vocem & linguam possum 33
 æque meo negotio aptam, possum ego æque distribuere. 33
 Certum, puer mihi charus, tibi dabo signa demonstrativa 33
 diplomatis mei. Et faciam istos insolentia plus in me, 33
 plus in me insolentia claros, quam scientia bona; Faciam 33
 potentia mea fatis exercita, faciam eos agnoscentes tan- 33
 dem. O infantes stæte dono meo immobiles. Fides vestra 33
 verborum meorum erit probata omnibus modis, quos 33
 mihi hostilis, & inimicus mundus vobis accumulare 33
 possit. Maledictio eorum produxerit occasionem com- 33
 plexus mei. „ Jungimus huic adhuc aliam Prophetiam, 33
 quæ legitur *videm part. 2. p. 80. sq.* quæq; his concepta 33
 est verbis: „ Urbs S. Albani non tantum cladibus ceber- 33
 rima, ut Eboracensis erit, & ira mea distinguenda. U- 33
 triq; bellum indico, & fabulis jactantes iracundus tra- 33
 ctabo hostis implacabilis. Borealis illa & morbo & 33
 flam-

flamma severiffimè tractanda. Igne altera diruenda.
 ” Signis præcedentibus utrisq; manus porrigam, humili-
 ” liantes prius amplexaturus; sed recusantes vindiciis
 ” rejectaturus imo pedibus calcaturus indignatione sum-
 ” ma. Luxurians illa & infidelis hæc minarum habebit
 ” ampliffimè declarationem. Quid proficit lachrymis
 ” omnino desinentibus? Patrem me recusant, Ultorem
 ” volunt, & crimine multifario semper oppressum. Quid
 ” quæso, Borealium Domina, munificentia longævæ
 ” meæ respondes? Quid villa abominabilis, favoribus me-
 ” is sine reluctatione abusæ? Quid indignaturæ ample-
 ” ctus? Ullatenus! Quid justitiæ respondeam meæ?
 ” Nullam credant: Nec misericordia vos, nec vos ex
 ” parte mea misericordia manet. Flagellaturus, ut &
 ” deliberaturus, si excidium totale prævenire possum.
 ” Sed rationibus non vacant. Scrutamen jam factum
 ” est. Spes deficit omnino; quid dimorer amplius?
 ” indulgentiæ Domine memento (exoro) non precibus
 ” inexpugnabilis ego. Sed precibus meis pertinaciter
 ” ex omni parte inexorabiles, omnino parcam? Non
 ” omnino Domine; quid de infantibus & fidelibus?
 ” Non tibi Domine convenit non parcere. Tibi re-
 ” spondeant alii pertinacia unusquisq; sua. Imò rebelli-
 ” bus da notitiam simul & occasionem. Si pœnitentia
 ” omnino deest, voluntas tua fiat in omnes. „ Adhuc
 ” breviorē aliquam Prophetiam Benevolus Lector capiat
 ” ex *Part. 1. p. 102.* ita sonantem: “ De die in diem fidelis
 ” amicus advenio, brevi sine intervallo cohabitare vo-
 ” biscum, & insignia regalia imponere: Quis me ve-
 ” tat Magnatum coronas, & vestes Patriciales dare?
 ” Pontificiales olim symbolicas non magis honorabiles
 ” & sum-

& sumtu & venustate clariores dedi. Palatio & tem-
plo adire meo aliis non decet, laudes meas digniter
celebrare & Regi æterno coram Angelis omnibus, &
fœlicissimis sanctis Homagium hic in terris pompâ con-
veniente facere. Thronum gradibus momento hoc ip-
so ascendit, postulaturus subditis Allegeantiam. DEO

(a) Brachium dex-
trum extendens va-
rie quasit tum etiam
femur, quod palpan-
do prensit.

(b) Brachium quati-
endo iudicii opus in-
dicat.

homogeneo æternali omnipotenti in
semper regnanti (a) Gladio ex ore
convincam, aut (Gladio) in manu
destruam omnes. Imo in throno non
sessurus erit, antequam hoc (b) Con-
clusum erit per totum terrarum
orbem. „ Nec meliora sunt, quæ

lingua etiam sua aliàs vernacula proferunt. Si & hic
Specimina quædam quis desideret, accipiat unum al-
terumve ex brevioribus quibusdam Prophetiis, ne
nimia prolixitate molesti simus, selectum. Sic v. g.
Elias Marion dans Avertissemens Prophetiques p. 3. sequentem
Prophetiam habet, gallicè prolatam. “ Ah, Boureau de ta
conscience ! Ou te trouveras tu dans peu de tems ?
Malheureux Persecuteur ! Tu as détruit mon Peuple ;
mais je viens (te détruire) Ah, mes chers Enfants ! Ah,
mon enfant ! Je t’assure qu’ il y a beaucoup de tes Fre-
res, qui souffrent maintenant. Ah, mon Enfant, com-
ment pourrois je faire grace à ceux qui ont persecuté
mon peuple. Non, non, mon Enfant. Tout se prepare à
voir la victoire, qui j’ai promise à mon peuple. Mon
Enfant, quelles Souffrances pour mon pauvre Peuple.
Je te dis. Il se prepare bien des choses. „ Intellectu
non adeo difficilia hæc erunt, quare in latinum trans-
ferre nolumus. Ex à *Collection of Prophetical Warnings*

of the

of the eternal spirit, ubi meræ anglicanæ Prophetiæ
 occurrunt, Speciminis loco nobis hac vice fit statim
 prima, quæ p. I. occurrit, quæq; tribuitur *Maria Aspi-*
nal, ita sese habens: " Take courage my Children :
 for I am nearer, than you are aware of. My patience is
 almost tir'd out. My Warning to this rebellious Peo-
 ple will be but few : Therefore, my Children, take
 courage therein : for great will be your Reward, at
 the end theretf; tor the manifestation of my power,
 then, will be seen. There fore walk close with me; that
 the World may see your courage therein, for the main-
 tenance of my cause. My patience and my Love has
 been a long time abus'd, by the neglect of my Stewards,
 that I have set over my Flock, Which has hasten'd me.
 But wo be unto them, that Withstand me, till the Manife-
 station of my. Power is upon you. They had better
 been obedient to me, in this still voice, that I had sent
 before. „ Quæ si in purum sermonem latinum translata
 cupias, ita fluent: " Bono estote animo, liberi mei,
 ego enim propior sum, quam quidem vos expectatis.
 Defatigata prorsus fere est patientia mea. Non mul-
 ta mihi apud rebellem hunc populum adhortamina
 suppetunt. Bono itaq; heic estote animo, mei Libe-
 ri, magna enim tandem erit merces vestra; Siqui-
 dem potentiæ meæ manifestatio olim apparitura est.
 Quam arctissimè igitur me penes ambulate; ut inde
 animositatem pro defensione causæ meæ vestram mun-
 dus videat. Patientia mea meoq; amore ob œcono-
 morum meorum, quos meo gregi præfeci, negligèn-
 tiam, diu abusi sunt, id quod me properare fecit. At
 væ illis, qui eousq; donec potentia mea super vos ma-
 nifestabi-

nifestabitur, mihi resistant; Obedire mihi eos, præmittenti lenem hanc vocem præstitisset. „ Ex quibus fatis superq; jam constabit, verissimum esse, quod diximus. Ecquis enim istiusmodi inconditum sermonem Spiritui Domini adscripserit? Ex his nunc & de reliquis judicetur, quæ ferme ad unum omnia sunt incondita, & ita comparata, ut Lector eorundem plane nihil divini exinde in corde sentiat, aut iisdem tangatur. Ut fermè hûc quadret quod *Ludovic. Marraccius in Prodrom. ad refutat. Alcorani in Præfat.* toti operi præmiss. p. m. 272. de locutione Alcoranica judicat, quod sit valde similis illi quâ utuntur demones in energumenis, vel arreptitiis vel quando se ab hominibus audiri sinunt, intermiscendo vera falsis, clara obscuris, & sæpe per anigmata & ambages loquendo. Quæ certè animum legentis nullo modo movere possunt. Prob. (5) Q. & non habent stylum Propheticum, nec illi sunt veri nominis Propheta. Atqui Neo-Propheta hi &c. E. Maj. constat, quia Viri quidam testantur, se loqui verbis, quæ Spiritus S. docet 1. Cor. II. 13. & in quibus semper singularis quædam reperitur majestas, unde & stylus Biblicus singularis styli dicitur exemplar. Min. prob. Quia Neo-Prophetarum stylus plane est anilis, multisq; ineptis tautologiis ac repetitionibus refertus, v. g. *my Child, mi Fili*, interdum vel in quavis periodo repetitur, imo plurimi Barbarismi, Solæcismi, aliaq; vitia grammaticalia quæ in pueris virgis castigantur, occurrunt. Ex modo jam adductis Speciminibus id patebit; sed & ulterius ut id constet, seligemus adhuc flosculos quosdam ex Prophetiis illis latinis in *Lacy Prophetical Warnings* occurrentibus. Sic part 1. p. 65. legitur: *Etiams*
G
vobis

vobis, miserabilibus Rebelles mei mementus sum, Pag. 47. Hospes benevolus & adventissimus oh! oh! oh! Ultor Deus tribunali suo vos citat rebelles. Part. 2. p. 81. non egeo aut adorantium numeros, aut opulentium divitias. Pag. 82. Adsum copiam eorum effundere. Non labiis garrulosis, & intermissis; sed pleno ore loquendum magnalia operis mei. Pag. 83. Id agendi facultatem nequaquam refellendam imò vulgi, imò vulgi dabo & do. Pag. 85. Pharetras experiatis, pharetras acutas, & irrefragabiles experiatis. Pag. 86. Assurgite mortui, porrexite manus debiles, Pag. 87. Non te advoco Chartellas more Parisiensi implere. Inde inde paulo paulo postea tradam confœderatis consanguineis tuis merita plene flagitiorum aeterniter refundi. Pag. 138. Magnatum coronas & vestes Patriciales, sine quibus palatio & templo adire Ecclesiæ de novo formatae, non decet. Ut plurima alia istiusmodi loca taceamus, quæ Spiritui S. tribuere omnino nefas erit. Imò & ne vestigium quidem styli alicujus Biblici reperire licet. Prob. (6) Quorumc. prophetia purè falsa & contradictoria in se continent, illi non sunt veri nominis Prophetæ. Atqui Neo-Prophetarum Anglicanorum Prophetia &c. E. Majorem nemo facile in dubium vocabit, spiritumq; mendacii DEO tribuet. Minor itidem est ad oculum. Sic in Lacy Propheticall Warnings part 1. p. 56. eidem sequens datur promissio: Loquendi & scribendi facultatem mihi fili, non tantum latinè, sed & alias linguas tibi dabo, imò NB correctè non solum latinam, sed etiam gratam. Sed quæso, quomodo hæc cum jam allatis flosculis conveniunt? & cum pagina 88. ubi expresse sequentia habentur: Grace pauca dixit, nec satis distinctè, quæquam in preparationibus os ipsius variè effingi, & ad pronunciationem insolitam

solitam

solitam disponi tum alias saepius, tum hodie quoque visum sit. Mox miserrima quaedam prophetia græca sequitur: Θεὸς εἰς αὐτοὺς ὀβρυγῆλοι χρεῖς Θεοῦ φράσας Ἰπὶ τὴν Θεοῖν Ἰπὶ κόσμον πὶ καὶ πόλεις βασιλεῖς (ας) διδάσκει τὴν ὀβρυγῆλαια οἱ ἄγγελοι. Ad- dicitur quidem excusatio, sed calva. Et quæ sunt his similia. Quibus accedit, quod jam in duas diversas partes Neo- Prophetæ hi dicantur abiisse. Prob. (7) *Quorumc. Prophetia non implentur, illi non sunt veri nominis Prophetæ. Atqui Neo-Prophetarum Commemororum &c. E. Maj. prob. ex Deut. XVIII. 22. Quare & Patres Maximilla Montanista vaticinia de instantibus bellis rejiciebant, quia non eveniebant, de quibus Euseb. l. 5. H. E. c. 16. Non etiam hoc mendacium omnibus manifestum apparuit, etenim ab obitu Maxi- milla usq; in hunc diem plus quam tredecim anni jam elapsi sunt, nec tamen ullum aut particulare bellum aut univer- sale in terris fuit. Hinc & benè Chrysostomus Homil. 29. in 1. Cor. Tom. 5. in N. T. p. m. 311, Prophetia non in tem- pore, quo dicitur; sed in tempore eventus præbet indicium suæ veritatis. Min. prob. ex exemplis Neo-Prophetarum nostrorum. Apertissima illa sunt, quæ in causa defun- cti Doctoris Emes fuere acta. Tot Prophetæ nimirum prædicebant, resuscitandum eum esse per Johannem Lacy, & quidem tam certissimè, ut ne jota quidem prædi- ctorum debeat præterire, vide prædict. die Jovis 25. Decem- br. factam, ita ut majus sit futurum miraculum quam fuit resuscitatio Lazari, vid. subseqq. prædict. fact. d. 29. Decemb. ita ut dubitanti non sit futura remissio, vid. prædict. d. 1. Jan. Ann. 1708. fact. Sed verò quid evenit? Jam tres & ultra elapsi sunt anni, & D. Emes adhuc dum in sepulchro ja- cet, & etiam jacebit. Sic & alia vaticinia eventu suo frustrata fuere. Sic v. g. in tr. à Cry from the desert p. m. 29. habe-*

habetur prædictio quædam, quod *Ann. 1706.* res magnæ sint eventuræ, nimirum liberationem Ecclesiæ, interitumq; hostium. Sic & p. 31. hoc habetur vaticinium, *Ann. 1708.* magnum illud Babel destruendum fore. Quorum omnium tamen planè nihil hæcenus impletum est. Et *John Lisy* in *præfat.* scripto modò jam citato præmissâ, p. m. 21. testatur, Neo-Prophetarum horum vaticinium esse, elapso perbrevis tempore nempe 3. annorum termino, appariturum esse in universo orbe magnum illum annum jubilæum, & tum impletionem multorum dictorum Biblicorum imprimis de novô cœlô, novâq; terrâ futuram esse, cœpturum esse regnum illud Christi, de quo Act. I. 6. 7., impios omnes delendos esse per severissima DEI judicia, nempe per famem, pestem, terræ motus, ignem de cœlo, tenebras, tempestates &c. Scripsit hoc *Lacy Ann. 1707. mens. Jun.* Quicquid autem horum omnium sit impletum, dies hodiernus docet. Pariter & nec evenerunt, quæ regno Angliæ, imprimis etiam Londino comminati sunt. Ecquis ergò jam istiusmodi Spiritui veritatis tribuet? *Prob. (8) Q. sunt Schismatici, inquieti ac rebelles, contemptores omnium ordinum divinorum, illi non sunt veri nominis Prophete. Atqui Neo-Prophete Cemmeni &c. E. Majorem* nemo facile in dubium vocabit, quia & utiq; hæc sunt vitia, quæ cum criteriis verorum Prophetarum stare nequeunt. Quare Patres ex iis merito Prophetas dijudicare voluerunt. Vid. *B. Winckler. im Schriftumäßigem Bedencken S. 6. p. 9. Min. prob. ex rebus gestis scriptisq; Neo-Prophetarum Cemmenorum.* Sic namq; (a) *schismaticos* eos esse satis constat, quia in Ecclesia tot dederunt turbas, omniaq; bona
 quo-

quoq; volunt esse abrogata, ut mox ulterius patebit: (β) *inquieta. & rebelles* eos esse, ex bello illo satis constat, quod etiam contra Magistratum suum hisce temporibus gesserunt. Equidem celeberr. Dn. D. Jo. Christoph. Becmann in *Disp. de justitia armorum Cebennens.* cap. 3. demonstrare voluit justitiam horum armorum, verum ex suis principiis, iisque periculosis passim, & à nobis tanquam Lutheranis non probandis, inter quæ & hoc est, Christianis olim non animum, adversus Magistratum nimirum suum jus armis prosequendi; sed vires defuisse. Nos potius ex principiis Lutheranismi Orthodoxi asserimus, non licere vel ullo in casu, vel personis singulis, vel integro cœtui hostiliter sese Magistratui suo opponere, & primævis Christianis non saltem vires; sed & animum omninò defuisse jus suum adversus Magistratum suum hostiliter prosequendi. Ob clarissimam illam Scripturæ literam *Rom. XIII. 1. seqq.* Alia argumenta ut hac vice taceamus. Quod ad principium si *Cerimoniarum* facta examinemus, probare ea non possumus; sed utiquè pro hominibus inquietis ac impatientibus eos habemus. (γ) *Contemptores* omnium ordinum divinorum eos esse ex *Prophetiis* eorundem passim videre est. Sic enim debachantur adversus Magistratum, quippe in *John Lacy Propheticall Warnings part. 1. p. 57.* sequentia habentur: *Isti servuli domus mea, qui se jactantur Principe; sed ego nullatenus eos istà dignitate honoravi.* Quod tamen expresse est contra *Rom. XIII. 1. & Dan. II. 1.* Et *p. 61.* Propheta insanorum more furit in Magistratum, *Elia Marions* librum *Prophetiarum* sub censuram vocantem. Pariter contra *Ministerium Ecclesiasticum* omnium locorum gravissimis utuntur invecti-

vis. In *Lacys Prophetical VVarnings* l. c. p. 67. contra Pastores omnium mundi plagarum imprimis occidentis & aquilonis, ut *nota marginalis* indicat, sequentia leguntur: *O pastores, unde est, ut discordantes alius mihi bellum gerere sine ulla dissensione determinati estis? Isti! de illis nil nil expectandum, de his pastoribus affectu meo gloriosis, de his nilne est sperandum? Contemno utrumq; genus contemnendum. Tentabo si vestra potestas in animis, an mea sit validior, de nullis sperandum.* Et *Elias Marion* dans *Avertissemens Prophetiques* variis in locis nimis duris & iniquis utitur expressi-
onibus. Sic p. 146. omnes vocat *falsos Prophetas, & Baaliticos*. Pag. 19. vocat omnes *Doctores infaustos, indignos, qui portent nomen Domini*. Pag. 75. vocat omnes *impios & cæcos &c.* Omnes status simul rejiciuntur in *Lacys Prophetical VVarnings* part. 1. p. 90. his verbis: *Quid Sacerdotum agmen? Quid doctissimorum Ordines? Quid Magistratus? Quid vulgus profanum? Quid divitum grex? Quid Politicorum turba? Quid gigantes? Diaboli consortes?* Quos omnes in antecedentibus & *impostores* vocaverat ac *infideles*: *Elias Marion* l. c. p. 118. 119. omnia *templa* ceu *delubra idolorum* vult destruenda, & p. 126. ea vocat *tabernacula Satane*. Ut infinita istiusmodi alia taceamus. Quid de *Academiis & Scholis* judicent ex supra jam adducta integra quadam Prophetia constabit. Prob. (9) *Quorumc. prophetia ad seditiones & sanguinis innocentis effusionem tendunt, illi non sunt veri nominis Prophete. Atqui Neo-Prophetarum horum &c.* E. *Majorem nemo negabit*, Conf. hic B. Dn. D. *Joh. Meisner*, tr. de *Prophet. Sect. 4. p. m. 91. sq.* Minor ex impressis illis vaticiniis passim constat. Præ aliis *Elias Marion* l. c. varia hic habet, præsertim p. 85, sat clarè, quid in mente habeat, exprimit,

mit,

mit, propria ejus audiamus verba: *il' arrivera un massacre extraordinaire: il' y aura beaucoup de sang répandu; Mais ce ne sera pas celui de mes Enfants, ce seront les Ennemis de mon Eglise. Pag. 45. dicit: evertenda esse omnia sceptra & dejectiendas coronas. Et quæ his familia. Unde in ipsa Anglia suspicati nonnulli fuerunt, forte ab aliis, Angliâ hoc ipso tempore adeò felicissimo cum successu arma adversus Galliam gerente, negotium hoc dirigi, imprimis etiam occulta Jesuitarum strategemata sub iisdem latere. Quemadmodum olim Independentes ac Quakeri, aliique Fanatici ibidem in Politicis quoque magnas dederunt turbas, vid. Autor. Elench. mot. nuper. in Angl. p. 141. sq. Honor. Regg. de statu Ecclesiarum in Angl. Vide & Alte und Neue Schwarm-Geister-Bruth und Quäcker & Breuel p. 169. sqq. Quibus & Jesuitas sese immiscuisse nonnulli crediderunt. Exemplis nonnullis id comprobatur in Historia Fanaticorum à Dn. Bened. Figken versa l. 2. c. 10. p. m. 55. sqq. Ubi inter alia sequentia quoque leguntur: Ein feiner Mann von gutem Credit versicherte mich/ daß er mit einem Englischen Jesuiten in London den ersten Sonntag im Junio lezlich 1659. zusammen gekommen/ der in Cambrida ausgebrütet war / und vornahm vor seiner Kântnuß gewesen/ nachdem er in etwas gemercket / daß er kunt worden/ bekant er zulezt/ daß er überkommen war den Römischen Glauben fortzupflanzen/ und sagte ihm/ es wäre ein gut ehrbahr Volck/ Quäcker genennet/ die ihr Werck glücklich führeten / rühmte viel von dem Hauffen die unmittelbahr bald Catholisch würden / oder auch mittelbahr durch das / daß sie zuförders Quäcker werden. (Quibuscum convenit dictum Pennii, quod memorat*

AUCTOR

*auct̄or de l' Histoire abrégée de la Naissance & du Progrez
 du Kouakerisme c. 16. p. m. 95. Pennius nempe Quakerus in-
 terrogatus à Jacobo II. Rege, quæ inter Romanam &
 Quakerorum religionem differentia esset? responde-
 bat: non esse aliam, quam inter pileum Regis & suum,
 quod ille gemmis & plumis decoratus sit, hic omni or-
 natu careat) Vid. etiam Thom Edward Gangr. part. 3. p.
 99. Hon. Regg. l. c. p. 54. Gerhard. Croës. in Histor. Quaker.
 l. 2. p. m. 224. ut & B. D. Dn. Colberg. in Platon. Hermet.
 Christenthum part. 1. c. 7. n. 2. p. 295. sq. Sicque de Anglia
 quoq; valeret, quod olim de Hispania iudicavit Thom.
 Campanella tr. de Monarch. Hispan. l. c. 8. p. m. 54. ubi inter
 causas, per quas Monarchia Hispanica minui possit, &
 Prophetas falsos collocat. Quibus autem fraudibus &
 in aliis regnis applicandis Jesuitas præ aliis idoneos es-
 se haud obscure idem Campanella indicat l. c. c. 6. p. 46.
 & c. 18. p. 186. Prob. (10.) Q. variis utuntur imposturis, illi non
 sunt veri nominis Prophetæ. Atqui Neo-Propheta Cemmeni & c.
 E. Maj. per se jam constat Min. prob. Quia Neo-Prophe-
 tæ varia finxerunt miracula, quorum quædam Sect. I.
 recensuimus, quæ tamen falsa passim deprehensa fue-
 runt. Auct̄or de l' Examen du Theatre Sacre des Cevennes
 ex probatis Actis Consistorialibus varia istiusmodi testi-
 monia juramentis confirmata adducit, quæ impostu-
 ras hæc confirmant. Quædam saltem Minorem no-
 stram ut probemus, adducere placet. Sic v. g. p. 15.
 Johannes Chapel frater Johannis Vernet testatur, falsa esse,
 quæ tractatus ille à Cry from the desert p. 13. sqq. tribuit,
 fratri suo, nempe falsum esse, se duas habere sorores, u-
 nam saltem adesse, falsum esse, matrem suam inspirati-
 onem habuisse, falsum esse, infantem 13. vel 14. mensi-
 um*

um

um in cunis prædicasse pœnitentiam, imò nec convenire annum, quem dictus libellus assignaverit fratri suo, quasi eo ipso tempore Londini fuerit, quo allata testatus, cum tamen adhuc in Portugallia tunc temporis fuerit commoratus. *Pag. 17. Ludovicus Cabanell* testatur, se non adfuisse congregationibus Neo-Prophetarum, ut quidem dictus libellus à *Cry from the desert p. 20.* asserat, se non vidisse quosdam qui in ecstasibus fuerint locuti gallicè, qui eam linguam extra ecstasim non calluerint, imo omnia esse falsa, quæ in dicto libello sibi tribuantur. *Pag. 20. sqq. Jacobus du Bois*, ad quem dictus libellus à *Cry from the desert. p. 31.* provocat, testatur juramento, attribui sibi plurima quæ non dixerit, se vidisse quidem infantem 15. mensium in agitatione, sed non audivisse se eundem loquentem nec gallicè, nec aliâ linguâ, se quidem pueros 8. annorum audivisse discursus facientes, injuriam autem sibi fieri, quando dicatur, se, juniores adhuc pueros ita locutos fuisse, asseruisse, sic & reliqua sibi imputata à Neo-Prophetis falsa esse asserit. Idem quoq; testatur, probationem illam *Clary* per ignem (quam itidem supra *Seç. 1.* recensuimus) in omnibus falsam esse, figmentumq; *Camisardorum* esse, hoc autem accidisse, duas puellas se præparasse ad ignem, cui ad probandam veritatem inspirationis se voluerint committere, unam etiam ex illis reapse in ignem introiisse, percepto autem calore mox evolasse, excessisse, dicendo propter incredulitatem assistentium miraculum hoc non posse succedere &c. *Pag. 26. Guilelmus Bruguiet*, ad cujus testimonium itidem provocaverant Neo-Prophetæ, testatur, se eosdem habere pro plebe viliori *Canailles* (ut gallicè loquitur) qui offendant

H

dant

dant Deum. Sic & alii passim testantur, testimonia sua, ad quæ dictus libellus à *Cry from the desert*: provocavit, esse supposititia. Ex quibus omnibus suspicio illa: de qua jam in antecedenti argumento diximus, eò magis adhuc corroboratur. Confer hic etiam *Lettre d' un particulier a Mr. Misson touchant les Miracles Burlesques*, item *Marci Vernous à preservative against the false Prophets of the times* p. m. 63. sqq. *Anonymi Enthusiastic impostors*, & *Anonymi a dissuasive against Enthusiasm*, p. 66. sqq. Prob. (II) Q. instar amentium ac à Diabolo obsessorum maximeque ridiculè & quidem more Spiritu S. maxime indignò sese exhibent, illi non sunt veri nominis Prophetæ. Atqui Neo-Propheta Cemmeni &c. E. Maj. prob. quia de veris Prophetis istiusmodi non legimus. Unde & ex hoc judicare Antiquiores voluerunt de Prophetis. Sic namq; Miltiades apud Euseb. in H. E. l. 5. c. 17. p. m. 183. Hac ego cum reperissem in quodam libro ipsorum adversus Miltiadem fratrem nostrum, qui peculiari opere docuerat, non decere Prophetam in ecstasi loqui in compendium redegi. Pseudo Prophetæ autem in falso mentis excessu, cujus comes est licentia & audacia à spontanea quidem imperitia initium sumens, in amentiam autem ut jam dixi involuntariam desinens. Hujusmodi verò spiritu nullum unquam, nec in V. nec in N. T. Prophetam afflatum poterunt demonstrare &c. Hinc & Chrysostomus Homil. 29. in 1. Cor. Tom. 5. in N. T. p. m. 311. inquit: Hoc est proprium vatis seu divinatoris, (Ethnici nimirum) emotæ esse mentis, vim pati ac necessitatem, pelli, trahi, raptari tanquam furentem. Prophetæ autem non sic, sed cum mente sobria, & cum modesta, ac temperante constitutione, & sciens, quæ loquitur, dicit omnia. Min. prob. quia Neo-Prophetae eosdem fermè tremores sentiunt,

tiunt,

tiunt, quos *Quakeri*, & in quibus obsessis à diabolo non sunt absimiles. His accedunt ridiculi alii gestus amentium instar. Sic v. g. voce interdum quasi buccinâ clangunt, interdum quasi tympano canunt, quando milites progrediuntur, modo quasi cornu inflant, manu ad os mota & tonitru imitantur, sæpius exsibilant, hostem conversi quasi gladio confodiunt, ambulant & ensẽm è fenestra apprehendunt, bacillum arripiunt, gladium nudant, mucrone in solum defigunt, subrident, cantillant, pennamprehendunt quasi scripturi, & rapidè scribentis diligentiam imitantur, instrumentum musicum digitis quasi pulsant, vide *John Lacys Prophetical VVarnings, part. 1. p. 63. 65. 73. 74. 90. sq.* Et ut istiusmodi ridiculos gestus plures taceamus, adhuc unicam illam rem gestam vix sine risu legendam afferam, quæ l. c. p. 89. his describitur verbis: *Cum Johannes Lacy sub Spiritus preparationibus jam laboraret, Johannes Allut subito invaditur, & urgente Spiritu ridet exultabundè, cantatq;: non tamen distinctas voces, manu ad os admota cornu quasi inflat, tum rursus ex animò ridet, deinde sequentia non sine admixto risu partim pronunciat, partim etiam cantat: Allons mes enfans venez, venez, venez &c. Deinde Joh. Lacy ad hac, quæ Johannes Allut jam dixerat, respondens ait: Quis Tibi Domine laudes dare possit debitas?* Qua in media oratione mox è terra respondetur, mox cantillat, mox alios miros assumit gestus. Bone DEUS! ecquis insolentias has Spiritui S. tribuet? Equidem & Prophetæ imprimis V. T. insolitos quosdam habuerunt gestus; sed quod istiusmodi planè ridiculos & absurdos habuerint, planè nullo argumento probari potest. Imò etiam est contra expres-

H2

sum

sum Spiritus S. monitum 1. Cor. XIV. 23. 33. 37. 39. 40. adeoq; jure dicimus, Spiritu S. indignè Neo-Prophetas nostros sese exhibere. Prob. (12) *Q. in omnibus cum falsis Prophetis semper ab Ecclesia rejectis conveniunt, ita ut vel plane nullum appareat discrimen, illi pro veri nominis Prophetis haberi non possunt. Atqui Neo-Propheta Cemmeni &c. E. M.ij. est in confesso, & quemadmodum DEUS non est simia diaboli, ita nec veri Prophetæ simiæ falsorum. Min. prob. ex ipsa collatione cum reliquis falsis Prophetis. Sic v. g. Doctrinam illam de regno Christi, & determinatione temporis, quando illud debeat apparere, communem habent cum Anabaptistis, Quakeris, aliisque Fanaticis. Vid. die Standarte und Banner an allen Nationen. Quo in scripto Quakeri regnum Christi eodem modo descripserunt, ac Neo-Propheta nostri in suo Catechismo. Plura de hac Fanaticorum doctrina vide in Ministerii Hamb. Quäcker Breuel cap. 9. in der alten und neuen Schwarm-Geister-Bruth p. 76. sqq. Quibuscum si conferas doctrinam Neo-Prophetarum nostrorum convenientiam videbis. Conf. & Thom. Campanel. de Monarch. Hispan. Append. p. m. 451. sqq. ubi inter alia ex Weneri Rolewinck fascic. temp. sequentia afferuntur: Johannes de Rupescissa de ordine Minor. multa prædixit mox futura de duobus Anti-Christis, & desolatione terrarum & generali conculcatione Cleri, & reductione totius orbis ad fidem Christi, plurag; alia ante annum Domini 1370. quæ dixit sibi revelata à Domino Jesu; sed non evenerunt, & diu in vinculis tentus grandia scripsit de futuris. Item pag. 453. adhuc sequentia habet: Christianus VVurstisius in Chronica sua Basileensi mentionem fecit cujusdam, qui Nicolaus à Bulderdorf nominatus fuit, qui Ann. 1446. ingressus in Concilium Basile*

Basi-

Basileense Pastorem Angelicum se ipsum nominavit, perhibuitq; fore ut Anti-Christus per ipsum pessunderetur, Judæi è captivitate liberentur, Ecclesiæq; è Gentilibus colligatur; mali extirpentur, pluraq; alia. Et alia istiusmodi exempla Anabaptistarum Monasteriensium aliorumq; habet, quibus infinita plurima adhuc addi possent. Agitationem illam corporis, e stases mirosq; illos gestus itidem Neo-Prophetæ nostri communes habent cum variis falsis Prophetis. Sic namq; Edmund. Dickinson in Delph. Phœnicizant. c. 9. p. m. 90. sq. idem de Pythia refert, atq; ad Quakeros applicat, quibuscum Neo-Prophetæ nostri plane conveniunt: Ipsa (Pythia nempe) inquam, tripodem conscendens è subjecto antro per pudenda excipiebat demonem, quem cum penitus sensisset, horripilabat illico, & (quod hodie quibusdam fanaticis, Anglicè Quakers dictis, accidit) summa omnium membrorum trepidatione corripiebatur, spumas excernebat fœtidissimè, reliquaq; complens omnia, que maniacæ solent, manias impetata proferebat. Infra in notis addit: O quam iniquè agitis, qui Sectam quam Quakers vocant, tanquam novam damnatis, cum tamen eorum ἐνδρασιμονίᾳ αἰετῆ ac Pythia oracula ter mille annorum gloriam sibi vendicet. Equidem Antonius van Dale in tr. de Oracul. Veter. Ethnicor. Dissert. 1. c. 6. p. m. 128. furorem hunc saltem simulatum fuisse, multaq; fuisse, quibus ille adjuvari potuerit, autumat, huncq; in finem quam plurima naturalia mediâ recenset, quibus istiusmodi quid excitari posse putat. Quæ autem examinare instituti nostri ratio non permittit. Quicquid autem sit, sive à naturâ, sive à dæmone, (quod posterius tamen probabilius omninò est) modum enim hac vice non inquiremus, rem ipsam tamen clarissimam habemus, quæ & ad Neo-Prophetas Anglicanos applicari potest. Ita &

alii plane diabolici dantur Prophetæ, de quibus easdem agitationes ac ecstases legimus. Memorabile aliquod exemplum in itinere suo observavit Dn. E. *Isbrand Ides*, quod in der dreyjährigen Reise nach China p. m. 64. his recenset verbis: Einige Meilen von hier auffwärts wohnen viele Tungusen / worunter auch ihr berühmter Schaman oder Teufels-Beschweherer und Schwarztz-Künstler. Das Gerücht von diesem Betrieger machte mich begierig denselbigen zu sehen. Er ließ mich sein Zauber-Kleid sehen benebst seinen andern Werck Zeügen/die er dabey gebrauchte. Zu erst besah ich seinen Rock / der von lauter Eisenwerck zusammen hing/und an einander gefügt wahr / bestehend in allerhand Bildnis der Vögel / Fischen / Raben &c. Über sein Schtenbein hatte er etwas als Strümpffe auch von Eisen gemacht/ gl ich wie der Rock/ wie denn auch zwey grosse eiserne Bären Klauen über seine Hände &c Wann er nun zaubern wolte/nahm er eine nach ihrer Art gemachte Trommel in seine lincke Hand/ und ein mit Bergmäusen-Fell überzogenes glattes Steckchen in seine rechte Hand / und also sprang er mit einem Fuß über den andern in die Höhe/ so daß er zugleich den Leib schüttelte. Er schlug auch zugleich auff seiner Trommel mit auffwärts sehenden verkehrten Augen/ und machte mit starck brüllender Währen Stimme ein greulich Getöse &c. Er rufft so lange / bis daß sich auff seine Hütte ein schwarzer Vogel setzet. So bald als er diesen ansichtig wird / so fällt er auff die Erde im Schwindel und Entzückung / und den Augenblick verschwindet der Vogel wieder. Wann er nun also als todt und ohne Verstand etwa eine Viertel-Stunde gelegen/ so komt er wieder zu sich selbst / und sagt

sagt

sagt alsdann dem der ihn Rahts gefragt. *Pag. 120. ali-*
ud affert exemplum: Düngefehr zu Mitternacht versam-
len sich öftters verschiedene Nachbarn sowol Männer als
Weiber bey einander. Da legt sich denn einer von ih-
nen ganz außgestreckt nieder auff der Erden / und die
umstehende machen mit einmütiger erhabenen Stimme
ein schrecklich Geschrey: andere schlagen auff gewisse
Trommeln / und wan diese einwenig auffhören / fangen
jene ihr Geschrey wieder an) welches bisweilen 2. Stun-
den lang wehret/ biß daß derjenige so auff der Erden lie-
get/ ganz außser sich selbst verrückt und verwirt zu seyn
scheinet / nach einen langen Geschrey sich auffrichtet /
und den andern erzehlet/ wo er gewesen/ was er gesehen/
oder gehöret habe/ dabey er auch daß vermeldet / was der
eine oder andere unter der Gesellschaft von zukünfti-
gen und andern Dingen begierig ist zu wissen. Indo-
rum Sacerdotes, qui Bramines vocantur, eadem patiun-
tur. Delon Relat. a' un voyage des Ind. Orient. part. 2. ch. 4.
Paria exempla recenset etiam Erasmus Francisci im auß-
ländischen Kunst- und Sitten - Spiegel l. 1. n. 12. p. m. 62.
Ut nunc Sibyllas, Mohammedem, Mohammedanosq; Mo-
nachos Dervisehs, Torlaches & Nimetulahis dictos, Lappones
in finitosq; alios Gentilium vates taceamus, qui iisdem agi-
tationibus, ecstasib⁹ ridiculisq; gestib⁹ clarent, conf. adhuc
Alex. Rossæum von der ganzen Welt Religionen p. m. 482.
Ludovic. Marracc. in præfat. de Mahumeti vitâ, rebusq; gestis
part. 1. Prodrom. ad refut. Alcoran. præmiss. cap. 7. p. m. 94.
item de Alcoran. c. 4 p. m. 272. sq. conf. & den Constantinopoli-
tan. oder Türckischen Kirchen - Staat / Lips. Ann. 1699.
edit. cap. 3. p. 144. sq & c. 2. p. 122. 128. & 131. item den Ori-
entalischen Kirchen - Staat Gotha Ann. 1699. edit. c. 8. p. 115.
sq.

sq. Prolixè etiam de his agit *Anton. van Dale*, in *Dissert. de orig. & progressu idololatr.* & quidem in *diff. de vera ac falsa Prophetia part. 2. cap. 1. sqq. p. m. 227. sqq.* quamvis huic simul suæ indulgeat hypothefi, quâ statuit, Pseudo-Prophetarum falsas Prophetias nullis adscribi diabolicis; sed ipsorum Pseudo-Prophetarum vecordiæ, superbiæ, malignitati ac mendaciis. Præ aliis autem adhuc unicu illud ceu maxime huc spectans exemplum *Evchetarum* adducimus, in quibus sub specie Spiritus S. magnæque pietatis dæmon eadem ferme operatus. De quibus *Jo. Damascen* de *Heres. in Opp. p. m. 583.* ita: *Valentino & Valente Imperatoribus nata est Messalianorum heresis: Evchetas eos appellant, ii qui in Græciam nomen transferunt. Habent etiam alia à re ipsa nomina ἐνδραχίου enim, id est, numine afflati vocantur, quod dæmonis alicujus instinctum recipiant, cumq; Spiritus S. esse existiment. Qui autem gravissimè hoc morbo affligantur, manuum opus ut improbum detestantur. Quieti verò cum se tradunt, visa ea, quæ in somno accidunt, instinctum divinum appellant. Hujus Sectæ principes fuerunt *Diodoës, Sabas, Adelphius, Hermas, & Simeon*, aliq; præterea, qui à Societate Ecclesiastica desciverunt, cum cibum divinum obesse posse negarent, de quo Dominus dicit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, vivit in æternum.* Qui verò morbum celare & dissimulare conantur, ii tum eos, qui impudenter negant, coarguunt; tum eos abdicant, qui ea sentiunt, qui ipsi gerunt in pectore. *Libojus* autem, qui *Meletinorum* Ecclesiam gubernat, divino amore ductus, cum multa hujus morbi contagione infecta comperiisset monasteria, aut potius specus latronum, ea incendit, luposq; à grege abegit. Eodem modo *Amphilochius* clarissimus vir, qui *Lycaonum* metropolim acceptam*

ser-

servabat, universamq; gentem regebat cum eo jam labem hanc & pestem pervasisse didicisset rursus excitatus est, & gregem, quem pascebat, ab ista pernicie liberavit. Ex quibus simul patet, quanti hoc genus hominum ab Ecclesia Orthodoxa aestimatum fuerit. Nihilominus tamen magnâ cum specie pietatis Enthufiasmum huncce fuisse venditatum, constat etiam ex continuis illis precibus, quibus invigilarunt, quasq; peccati radicem penitus evellere & malum dæmonem expellere ex pectore docebant Conf. Jo. Forbes. à Corse Instr. Histor. Theol. l. 2. c. 8. p. 87. Qua sub specie & horrenda quævis dogmata Theologica defendebant. Vid. Epiphan. Her. 80. Theodoret. l. 4. Hereticar. Fabular. Nicephor. Callist. Hist. Eccl. l. 11. c. 14. 16. Joh. Forbes. à Corse l. c. Conf. & B. Dn. D. Phil. Ludov. Hanneken. de moribus regni Christi p. m. 33. 19. Seditiones suas Neo-Prophetæ nostri communes habent cum Thoma Münzero aliisq; Prophetis Anabaptistarum, de quibus Sleidan. Comment. de Stat. relig. & reip. l. 3. p. m. 72. & l. 5. p. 118. sq. Ut adeo vel planè nihil in Neo-Prophetis Anglicanis reperiamus, quod non etiam in falsis illis Prophetis reperiamus, quorum infinitus fermè datur numerus. Vide eos, qui catalogos eorundem confignarunt, quos jam §. 2. allegavimus, adhuc adde Anton. Cregut. in Revelator. arcanor. c. 24. p. m. 829. sqq. & ex recentioribus Edm. Chishull in the great Danger and mistake of all new Uninspir'd Prophecies being à Sermon &c. in append p. m. 26. sqq. autorem des reflexions des interessees sur certains pretendus inspirez part. 1 p. m. 15. sqq. it. part. 2 p. 5. sqq. & Edmund. Calamy à Caveat against new Prophets p. m. 40. sq. &c.

I

SECT.

SECT. IV.

REFUTANS

HETERODOXAM

ANTITHESIN.

§. I.

ACcingimus nos jam ad argumenta *John Lacy*, quibus pro defendendis Neo-Prophetis hisce utitur. Atq; sic contra primam nostram thesin urget potissimum dicta illa jam supra adducta, nempe *Jes. LXVI. 22. 2. Petr. III. 13. sq. & Apoc. XXI. 1. sqq.* ubi mentio fit *novi cœli & novæ terra*, atqve hoc esse regnum illud Christi adhuc expectandum putat. Resp. His in dictis nihil aliud promittitur, quam *novum aliquod cœlum, novaq; quædam terra*. Jam equidem diverse passim ab Interpretibus hæc explicari solent. Sunt qui literam sequentes putant aut renovandum esse cœlum terramq; post hanc vitam, ut *Johann. Napier Dominus de Merchiston in der Auslegung der Offenbarung Johannis p. m. 487. sq.* aliique, aut post consummationem seculi DEUM planè novum cœlum novamqve terram creaturum esse, ut *Michael Raabe, Ecclesiastes Wassertruhdingensis*, qui propterea integrum libellum scripsit lectu haud injucundum de novo hoc cœlo, novaq; hac terra, sub titulo: *Neocosmos oder neue Welt Norimb. Ann. 1671. edit*: Contra autem alii literam deserentes vel novum cœlum novamq; terram explicant de regno cœlorum purius & clarius se ostendente in populo jugi & servitutis experte, ut *Jo. Coccejus in Apocal. Joh. Vol. 5. Opp. p. m. 990.* Vel ut quidem

dem

dem omnium convenientissimum videtur, probant, loqui Spiritum S. phrasibus à rebus mundanis defunctis de rebus cœlestibus, quæ vero non sint more mundano accipiendæ ut *R. Calov in Bibl. Illustr. N. T. Tom. 2. p. 1572.* aliiq;. Alii adhuc alias fœvent sententias, quas hac vice prolixè recensere aut examinare instituti ratio non permittit. Quicquid sit, sententia Domini *Lacy* tamen, quæ reliquorum etiam nonnullorum Chiliastrarum est ut *Josephi Medi in Clave Apocal. p. m. 274 sq.* aliorumq; locum habere nequit. Certissimum quippe est, in his dictis non promitti regnum illud, quod Neo-Prophetæ Fanatici urgent. Expresse enim satis *Jesaias, Petrus & Johannes* innuunt, *novum hoc cœlum, novamq; terram* expectari post hunc mundum postquam præsentis cœli interierunt igne accensi ac dissoluti, ac elementa combusta liquefacta *Petr. III. 11.* postquam prius cœlum transiit *Apoc. XXI. 1.* ut non commemorentur priora *Jes. LXV. 17.* qui est præsens hic mundus, Regnum autem illud Christi de quo Neo-Prophetæ somniant, adhuc in hoc mundo expectatur, ut expresse *John Lacy* loquitur. Quis autem regnum aliquod adhuc expectandum juxta hæc dicta in hoc mundo, qui juxta eadem illa dicta jam tum periit cum novi hujus cœli novæque terræ fit mentio? Quis non absurditatem hanc videt ad oculum? Quibus & illud adhuc accedit, quod gaudia in hoc novo cœlo dicantur æterna futura *Jes. LXV. 18.* adeoque eorundem non erit finis. Regnum autem hocce, quod Neo-Prophetæ nostri somniant, saltem mille annorum est, & à Christo tradendum, adeoque finem habebit. Novum argumentum, in adductis dictis non haberi quod *John Lacy* iisdem affinxit.

§. II.

Contra *Thesin secundam* objicit faltem unicum illud dictum *Joelis Cap. II. 28.* quod nondum impletum esse asserit. *Resp.* Vel ad nauseam usque *Nostrates* ad oculum satis demonstrarunt, *Neo-Prophe-
tas* hodiernos in hoc dicto plane nullum reperire præfidium. Constat id potissimum ex apertissimâ *Spiritus S.* explicatione in *N. T.* factâ *Act. II. 17. sqq.* ubi clarè satis asseritur, dictum hocce *Joelis* tunc temporis complementum suum habuisse. Quod si autem & ad reliqua nostra spectaret tempora, procul dubio id *Petrus l. c.* addidisset. Jam autem contrarium in-
nuit, per voculas *Joelis* כן אחריהו sua intelligens tempora, eaque vocibus: *ἐσχάτους ἡμερῶν* denotans, ut ulterius sic ad nostra quoque tempora vaticinium hoc extendi nequeat, quippe & maximè memorabili exclamat voce: *τὸ ἐστὶν τὸ εἰρημένον διὰ τῆ Προφήτε Ἰωήλ.* Hoc ipsum est dictum per Prophetam *Joëlem.* Et, si tum temporis initium saltem aliquod Prophetiæ hujus impletum fuisset, huc usq; initium saltem revelationis veritatis cœlestis in *N. T.* habuissemus, quippe ex hac immediata revelatione & inspiratione verbum Domini habemus *2. Petr. I. 21.* Imperfectum ergò hætenus habuimus Canonem, frustra q; dixit *Paulus 1. Cor. I. 5. sqq.* in omni divites nos esse factos in omni verbo & omni cognitione, ita ut non indigeamus ullo dono, cum tamen maximè necessario splendidissimoq; hætenus caruissemus dono. Quæ omnia autem sunt absurdissima. Ceterum plura adhuc de hoc dicto vide in *Minister. Tripol. auffsürl. Bericht von den neuen Propheten p. m. 139. sqq. Minister. Hamburg. Nocker-Breuel Cap. 4. in der Schwarm-Geister Bruth*

Bruth p. m. 48. sq. B. M. Jacob. Stolterfoht *Considerat. Vision.* p. 148. & 403. B. Dn. D. Val. Albert. in *Vindiciis Exeget. hujus dicti B. VVinckler. Schriftmäßsig. Bedencken* p. 12. sq. B. Pfeiffer in *Antienthusiasm.* c. 3. § 2 p. m. 112. sqq. Magnif. Dn. D. GRUENENBERGIUS noster, Dn. Collega ac Fautor noster longè æstumatissimus in *Programmate quodam Pentecostali de Spiritus S. effusione in hoc dictum Ann. 1700.* Ex *Reformatis Thom. Bilson Episcop. VVinton. de perpet. Eccl. Christi gubernat.* c. 10. p. m. 186. sq. Frid. Spanhem. in *Diss. Theol. part. 2. Diss. 19. Thes. 3* p. m. 301. sq. Ut aliorum scripta hac vice taceamus.

§. III.

Contra *Thesin Tertiam* nunc sequentia 12. proferruntur argumenta à *Johanne Lacy*. Nimirum *Objic. (I)* Ecstasin illam, agitationemque illam corporis planè singularem esse signum aliquod Prophetarum, quod probatur exemplis *Bileami, Saulis, Davidis, Ezechielis, Danielis, Jeremia & viri illius, qui Jebu unxit Regem*, aliorumque, qui in ecstasibus suis insolitos quoque ostenderunt gestus, ut & furentes inde fuerint dicti. Ejusmodi autem ecstases, & agitationes jam quoque dari in Neo-Prophetis his Anglicanis, easq; non esse fictas, nec ex naturali quadam causa, post ecstasin enim eos nihil incomodi aut ægritudinis sentire, sed æq; sanos esse ac alios. *Resp. (1)* Non omnis ecstasis, corporisq; agitatio infallibile est criterion veri ac divinitus inspirati Prophetæ, quippe eandem & falsi Prophetæ passim fuere passi, quemadmodum ex exemplis supra jam adductis satis superque patebit. Est nimirum *Ecstasis* varia, nempe vel *naturalis* vel *præternaturalis*, vel *supernaturalis*. *Illa &*

ista quidem cum mira quadam corporis agitatione, ineptisq; ac ridiculis gestibus est conjuncta. De quibus plura qui desiderat, legere poterit Maximè Venerabilis Dn. D. Henning. Job. Gerdesii, hodiè Superintend. VVismariensis longè meritissimi, ac Theologi Consummatissimi Diss. Inaug. de Enthusiasmo, Dn. D. Henr. Muhlîi Diss. de Enthusiasmo Poëtico, Dn. M. Panecii Diss. de Ecstasi VVitteb. Ann. 1695. hab. Paul. Zacchia Quæst. medico-legal. Tom. 1. l. 4. Qu. 5. p. 332. sq. & Qu. 6. p. 339. sqq. Peuvit. Dissert. de furore Poët. Merit. Casaubon. Comment. de Enthusiasmo. aliosq;. Hanc autem, supernaturalem scilicet cum istiusmodi planè miserrima agitatione & concussione corporis, ineptisq; gesticulationibus fuisse conjunctam, nullo argumento, nec ullo exemplo probari potest. Adductos Prophetas tale quid fuisse perpeffos, dicitur, non autem probatur. Imò contrarium, tale quid nimirum in veris Prophetis, potissimum N. T. non fuisse conspicuum, satis videre est ex 1. Cor. XIV. 23. Eqvidem *furentes* dicebantur Prophetæ in V. T. Quod autem à mira hac agitatione corporis, ineptisq; suis gestibus sic vocati fuerint, nulli-
bi Scriptura asserit. *Glossa Marginalis* nostra ad 2. Reg. IX. II. monet; *furentes fuisse dictos, non quod attoniti aut devoti, ut Rabbini delirant; sed quod impii Prophetas vocant furiosos, sicut hodie.* Quo & respexit B. Lutherus noster Tom. 5. Altenb. p. 829. & Tom. 7. p. 527. quocum etiam sentiunt Theologi VVinarienses in Bibliis suis in citatum locum, conf. B. Sebast. Schmidt in Annotat. in Libb. Regg. in l. c. p. m. 114. Idem quoq; comprobatur exemplum Pauli, qui à Festo pro *furente* habebatur Act. XXVI. 24. qui tamen tunc non erat in ecstasi miram quam-

dam

dam corporis agitationem patiens, aut stolidis gestibus utens, vide subsequ. *vers.* 25. Neq; hoc negandum, tremorem singularesque quosdam gestus ac actus in veri nominis Prophetis fuisse conspectos. Quemadmodum enim homo devotè orans, manus plicat, pectus pulsat, genua flectit, oculos cœlitus attollit, & qui sunt hujusmodi gestus alii, quibus facile à non orante discerni potest, ita etiam maximè probabile, in homine prophetante planè quid peculiare fuisse. Vid. *B. Dn. D. David Clodius in Diss. de Prophetia & Prophetis Giess. Ann. 1685. hab. Sect. 2. §. 17. p. 23.* Sed verò non apertè constat, qui & quales hi gestus fuerint. Sunt equidem qui certi quid determinare audent, & asserere, diabolum DEI simiam istiusmodi mot⁹ in Pythia, Sibyllis aliisq; falsis Prophetis quoq; excitasse. Sicq; ex *his* judicant de *illis*. De quibus prolixè agit *Reiner. Vogelsang in Exercit. Theolog. Exercit. 2, n. 7. 8 p. m. 635. sq. conf. Petr. Thyraum Novesiens. de Apparition. l. 3. c. 20. & 21. p. m. 403. sqq. Anton. Cregut. in Revelat. Arcan. c. 12. p. m. 503. sq. & c. 24. p. 822. sqq.* qui autem hic simul discrimen aliquod inter Prophetas V. & N. T. observat. Rectius *B. Clodius l. c.* nihil certi hîc definire audet; sed potius in diversis subjectis hos gestus variasse arbitratur. Et licet etiam diabolus hæcce imitatus fuerit, communiter tamen mox prodere se solet. Atque hinc planè non probabile nobis videtur, planè easdem horrendas agitationes & in veris Prophetis fuisse conspicuas, ut quales in falsis observatæ fuere, & quibuscum agitationes Neo-Prophetarum Cemenorum planè conveniunt, de quibus mox plura. Neque id negandum, quamplurimas dari Prophetarum

rum

rum *actiones typicas & Symbolicas*, easq; plane singulares, in Jefaia enim, Jeremia, Ezechiele, Agabo aliisque; utique eas observamus; attamen de his notandum est: partim Prophetas illos tunc non fuisse in ecstasi ejusmodi, quæ in Neo-Prophetis nostris observatur: partim & ex aliis intervenientibus circumstantiis patescere actiones hasce non ita ridiculas, quam Neo-Prophetarum Cemmenorum, sed maximè serias fuisse. Plura qui de his omnibus desiderat, legat *B. Hülsemann. in Prolegom. Commentar. in Jerem. præmiss. c. 2. & 6. B. Carol. in Prolegom. ad Lib. Histor. V. T. in Bibl. Illustr. V. T. Tom. 1. p. 647. sqq. Cornel. à Lap. in Procem. ad Prophet. Maj. p. m. 7. sqq. Castr. Lib. de Prophet. J. Horozko l. 1. de ver. & fals. Prophet. Ant. Borremans. de Poetis & Prophet. Gisbert. Voet. in Dissp. Select. part. 2. p. 1037. Hermann. VVits. in Miscellan. Tom. 1. l. 1. c. 3. p. 16. sqq. c. 4. p. 21. sqq. & c. 11. p. 88. sqq.* Quam optimè etiam *Epiphanius Hæres. 48. Tom. 1. Opp. p. m. 409.* docet, *Abrahamum quidem in ecstasi fuisse; sed non mentis, verum timoris, fuisse & alios Prophetas; sed non in ecstasi cogitationum, & rationis, mente sana locutos esse, in cogitationibus sobriis & castis, & non in amenti consternatione.* Ut adeo nulla Neo-Prophetarum nostrorum convenientia vera allegari hic jure quodam possit. *Resp. (2)* Quod speciatim ecstasin Neo-Prophetarum Cemmenorum concernit, in omnibus fermè illa convenit cum tremore illo *Quakerorum*, quem tamen nemo sanæ mentis hætenus pro Divino habuit; quin potius nonnulli causis naturalibus eum adscripserunt. Fuerunt, qui *haustui* halituum ex specubus istiusmodi mira quædam tribuerunt, quos autem rejicit *Hermann. VVits. l. c. c. 9. n. 18. p. 70.*
 Alii

Alii mentionem hic faciunt *pulveris* cujusdam vulgò sic dicti: *Quäcker-Pulver* / de quo *Cl. Dn. M. Pet. Zorn* *Ann.* 1707. heic loci peculiarem aliquam scripsit Disputationem sub titulo: *De Philtris Enthusiasticis, Anglo-Batavis*, in cuius *Sect. 1. §. 4.* putat, *B. Lassenium* primum esse, qui in *der Schriftmäßigen Erörter. der neuen Secte der Quäcker c. 1 p. 7. & c. 5.* hujus *Pulveris* mentionem faciat; sed, quod pace Clarissimi Viri dixerim, hunc *Lassenii* tractatum non legisse videtur, quippe in citatis locis *B. Lassenius* (in editione illa, quam nos possidemus, quæq; inserta est libro, qui jam prostat sub titulo: *Alt und neue Schwarm-Geister Bruth*) plane nihil de hoc pulvere habet; sed *Dn. M. Zornius* relationem illam, quam *B. Dn. Colbergius* in *Platonischen Hermet. Christenthum. part. 1. c. 7. n. 2. p. m. 294. / 9.* sibi factam asserit, frustra *B. Lassenio* tribuit. Primum, quantum nobis quidem constat, *pulveris* hujus *Quakeristici* meminit *Historia illa Fanatica*, quæ *Londini* *Ann.* 1660. primam lucem aspexit, deinde verò ex Anglicano idiomate in germanicum est translata à *Dn. Bened. Figken*, in cuius *l. 2. c. 5. n. 18. p. m. 38.* sequens legitur *Historia* adducta ex *Libr. Hellbr. loose p. 46.* Eine Magd in London kam mit einem Quäcker zusammen / Der sich ihr selbst zu that mit Merckmahlen der Liebe / ward überredet mit ihm zu trincken / er nahm was auf dem Papier und that es in den Trunck / sagte zu ihr im Discours, sie solte nun hinter ihm / er nicht mehr hinter ihr kommen / die Magd nach diesem empfand starke impression und inclination nach der Quäcker Versammlung zu gehen / ward in wunderbahrer Entzückung gebracht / ihr Sinn gang wieder die Bibel gelehrt.

lehrt. Etliche ihrer gottseeligen Freunde hielten einen Fast- und Bet-Tag für sie mit denen sie wahr/ doch ganz wieder ihren Willen. Indem sie Gott suchten/ ward sie hefftig tormentiert, ihr Leib schwal so sehr/ daß die andern bewegt ihr ihre Kleyder auflösen mußten/ damit sie Luft bekäme/ doch ehe desselben Tages Werck zu Ende gebracht ward / ward sie von diesem grausamen Ubel erlöset. Magno cum studio in hunc *Pulverem Quakeristicum* hactenus inquisivimus, num forte expiscari liceret, ex quânam materia constaret, cujus rei gratia & quamplurimas literas ad Amicos in *Anglia & Belgio* versantes dedimus, qui tamen ad unum omnes respondent, se planè nihil hactenus de hoc pulvere resciscere potuisse, haberi eum pro non-ente. Præ aliis amicus quidam ex *Londino* scribens sequentia respondet: Es committierten auch E. Hoch-Ehrw. nach dem Quäcker-Pulver zu sondieren. Davon wollen sie hie ganz nichts hören / sondern antworten mit Lachen / thun hinzu / wenn das wähere / so hätten die Quäcker wohl ganz Engelland Quäckerisch gemacht. Magnificus Dn. D: Jo. Frid. Mayerus in *Dedicat. Merici Casauboni Commentario de Enthusiasm.* præmissâ dicit, se studiosè collegisse præ cæteris etiam quædam de pulvere illo Propheten-Pulver vulgò dicto, raptus & phantasiæ turbas promovente, ex scriptis avthenticis & instrumentis publicis, quæ ad suas pervenerint manus. Quæ monumenta si Illustris & incomparabilis hicce Theologus publicaturus fuerit, plura de hoc pulvere constabunt. Quicquid autem sit, si non ex pulvere quodam, tamen ex alio *principio naturali* istiusmodi tremor ac agitatio corporis oriri potest. Dn. Anton. van Dale

Dale

Dale de Orac. vet. Ethnicor. p. m. 139. putat, solâ herbâ lanariâ, vel *Garo* illo Moscovitico (quod *Cavajar* vulgò vocant) *saponi Hispanico* pluribusque aliis mira plurima hic excitari posse. Quæ autem Medicis relinquimus, eorumque iudicio. Adhuc ex aliis causis naturalibus istiusmodi ecstases, furores & agitationes alii derivant. Varia exempla vide apud *Zacchiam in Quest. Med. Leg. T. 1. p. 338. sqq.* Unde & *Dn. Herm. VVitsius in Miscellan. Sacr. Tom. 1. l. 1. c. 24. n. 38. p. 391.* de pueris & puellis Gallicis Neo-Prophetarum nostrorum *Cemmenorum* iudicat ex exemplis eorum, qui vel phantasmatis ludificantur, vel ex cerebri affectione, & humorum crasi miri affectus proficiscuntur, vel denique à quibus ficta venditantur pro factis. Naturalibus autem causis facile se quoque immiscere potest diabolus. Vid: *Zentgraff. Diss. de Colluv. Quakeror. Praside Dannhawero olim hab. p. 20. sqq. VVandalin. de revelation. Chiliafmi Considerationi præmiss. §. Præterea sunt nonnulli, & Herm. VVits. l. c. c. 9. n. 12. p. 66.* Resp. (3) Quando *Lacy* dicit, agitationes hæc non esse fictas, nec naturales, quia post ecstasin semper sani sint Neo-Prophetæ Anglicani; tum observandum, familiare hoc esse omnibus fermè Maniacis, ut vim morbi non sentientes illum prorsus negent, quo ipso conditio illorum tanto periculosior, pejorq; evadit. Vid. *Dn. D. Gerdes. Diss. de Enthuf. c. 2. Sect. 1. §. 3.* Eadem potest esse ratio Neo-Prophetarum Anglicanorum.

§. IV.

Objic. (II) Neo-Prophetas hosce speciatim *Matthæum Boissier*, *Joh. Cavalier*, *Mr. Fage*, *Eliam Marion* esse homines, sanctæ, laudeq; dignissimæ vitæ. Ar-

K2

gumen-

gumentum hoc foret: *Q. sunt pii, & habent revelationes, illi sunt veri nominis Prophetae. Atqui Neo-Prophe-
tae Cemmeni &c. E. Resp. (1) Non valet consequentia
Majoris, cum & ipse diabolus in Angelum lucis sese
transfigurare queat 2. Cor. XI. 14. Hinc & futurum,
quod monuit Christus, ut in ultimo die multi, qui di-
cent: Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, audi-
turi sint decretoriam sententiam: discedite à me vos
operatores iniquitatis Matth. VII. 22. 23. Et Charitas Gam-
bara, Catharina Senensis, Brigitta à sanctitate vitæ lau-
dantur; & hodiè Virgo Assenburgica eadem claruit famâ,
& tamen compertum fuit, veri nominis Prophetissas
eas non fuisse. Conf. B. Vinckler: im Schriftmäßi-
gem Bedencken p. 53. sq. B. Dn. D. Vandalin. l. c. §. Jam
& B. Luther., B. Dn. D. Pfeiffer. in Anti-Enthusiasm, p. 316
sq. (2) Distingu. inter pietatem fucatam, & non fuca-
tam, suspectam & veram. Hanc in Neo-Prophe-
tis nostris reperiri, ea quæ jam supra de iisdem ad-
duximus, credere non permittunt.*

§. V.

Objic. (III) Reperiri in Neo-Prophetis hisce so-
litos characteres Spiritus, ex quibus cognoscitur, eum
habitare in homine, v. g. constantem vultus sereni-
tatem, temperatum gaudium in summis calamitati-
bus, contentam abstinentiam à cibo & potu, propen-
sionem ad conciliationem cum inimicis, assiduas pre-
ces, jejunia, lectionem S. Codicis, frequentationem
templi, & usurpationem Sacramentorum, declinatio-
nem omnium novitatum & singularitatis in sermo-
ne & gestibus, imò & certissimum hic adesse vero-
rum Prophetarum criterion, nempe humilitatem ex
toto

toto corde & vilipendium sui ipsius. Cumq; sic nunc à Spiritu S. agantur, sine magnò animæ suæ periculo eos resistere non posse. Potissimum duo hîc latent argumenta. Prius hoc est: *Q. constantem semper vultus serenitatem, temperatum gaudium in summis suis calamitatibus &c. imprimis & magnam cordis humilitatem præ se ferunt, illi sunt veri nominis Prophetae. Atqui Neo-Propheta Cemmeni &c. E. Resp. (1) Neg. Maj.* Nondum enim hi sunt characteres veri alicujus Prophetæ infallibiles, quippe & impii, falsiq; Prophetæ affectare hæc ce possunt. Magnam frontis serenitatem gaudiumquè Rex Amalekitarum Agag præ se ferebat *1. Sam. XV. 32.* Pariter & de *Julio Cas. Vanino Grammondus Hist. Gall. l. 3 p. 312. & Gubert Voet. in Diapp. Sel. part. 1. p. 203.* referunt, quod in summa sua calamitate magnum contestatus sit gaudium, quamvis mox in ipso igne caderet animus. Imo & ipse diabolus Sacris potest interesse, sacrumq; yolvere Codicem. Varia istiusmodi exempla occurrunt in *B. Lutheri Tomis*, ex quibus ea collegit *Misander in Delic. Bibl. V. T. Ann. 1694. p. m. 169. sqq.* & Hypocritæ precantur ac jejunant *Matth. VI. 16.* magnamq; humilitatem præ se ferunt *Coloss. II. 23.* Et omnia hæc adducta concurrebant in *Brigitta*; tamen prophetiæ ejus, quando ad normam S. Codicis examinabantur, erant mendacia. *Conf. VVinkler. l. c. p. 41. sq. & 64.* (2) *Mikorem* quod concernit, varia hic adhuc in Neo-Prophetis desideranda occurrunt. Si tam propensi sunt ad conciliationem, quare tamen tot cruenta bella gesserunt, quare in vaticiniis suis omnia gravissima mala suis hostibus precantur, & cur non potius mala sua patienter ferunt, crucem Christi portantes,

tantes, ac pro hostibus suis orant, exemplo Christi, aliorumque verorum Prophetarum. Si legunt Scripturam S., quare non & eidem sese conformant? quare homines ab eadem attentatis suis abducunt? ut supra probavimus. Quis templa frequentare possunt, quæ pro delubris habent? Si *Sacramentorum* sunt æstimatores, quare ergo omnes Ministros Ecclesiæ dispensatores horum mysteriorum rejiciunt, & universam Ecclesiam pro Babele regnoque Anti-Christi habent? imò tantos Sacramentorum æstimatores non esse, inter alia quoque ex eo satis constat, quia tam necessarium Sacramentum, Baptismum scilicet minus curant. Refert namque Amicus quidam ex Anglia redux, se in colloquio quodam quod sibi cum Dn. *Lacyo* intercessit, ab eodem audivisse, quod dixerit, permissum esse quibusdam è Neo-Prophetis illis Pædobaptismum, aliis autem Spiritus instinctu contigisse, ut infantes citra aquæ Baptismum in sinum Ecclesiæ reciperentur. Quæ abominanda certè sunt, & veri nominis Prophetis minus convenientia. Si humiles sunt, quare se efferunt supra omnes Status hierarchicos eosque omnes exterminare cupiunt? Quæ omnia ex iis, quæ jam *Sect. I. & 3.* adduximus, patefcunt. Posterius argumentum hoc erit: *Q. à Spiritu, cui nemo resistere potest, aguntur, illi sunt veri nominis Prophetae. Atqui Neo-Propheta Anglicani &c. E. Resp. limit. Q. à Spiritu, & quidem Sancto verè, & non putativè saltem aguntur, illi &c.* Atque sic limitatâ Majore neg. Minor vi eorum, quæ jam in *precedente Sect.* satis superque probavimus.

§. VI.

Objic. (IV.) Scripturam S, unicam esse normam
in spi-

inspirationis. Jam verò Neo-Prophetarum horum
 vaticinia nihil in se continere, quod sit adversus hanc
 normam, docere nimirum eos, Christum esse funda-
 mentum, & lapidem angularem, eos urgere duo illa
 præcepta, à quibus Moyses & Prophetæ pendent, ur-
 gere etiam usum Sacræ Cœnæ, credere tres personas
 SS. Trinitatis, docere, Scripturam esse legendam, pre-
 ces Domini, aliasq; in quibus Regum & aliorum
 Principum fit mentio, esse fundendas, cerimonias Chri-
 stianæ religionis esse retinendas, & quæ his similia.
 Argumentum: *Quorumc. doctrina ac prophetia fidei
 est analoga, illi sunt veri nominis Propheta. Atqui Neo-
 Prophetarum Cemmenorum &c. E. Resp. limitando Major.*
*Quorumc. doctrina & Prophetia constanter ac in omni-
 bus fidei est analoga. Limitatione hac opus est.*
 Diabolus enim, quemadmodum in Angelum lucis se
 potest transfigurare, ita & ad tempus & in quibusdam
 veritatem admittere potest, modo in causâ primariâ
 falsâ victoriam obtineat. Benè Gerson de probat. Spirit.
 p. 532. *In Spiritu mendacii mille quandoq; sunt veritates
 aperta, ut in unicâ latenti falsitate decipiat.* Et de distinct.
 verar. vision p. 592. *Inquit: Premittit aliquando demon
 veritates plurimas, & post temporis tractum, quando per-
 suasit hominibus, tunc id, quod fallit, subministrat, &
 hoc vel ad deceptionem singularis personæ, vel ad vituperium
 totius devotionis aut ad scandalum verbi Divini. Etenim dum
 cadit unus, quem ante magni esse nominis talium revelatio-
 num fama vulgavit, irrident deinceps seculares seculari-
 ter viventes unumquemlibet, qui religiosâ simplicitate vi-
 tam agere decrevit: appellatur confestim illusor, clamatur
 phantasticus, exhibilatur papelardus, begosus, & begardus,
 & sic*

Et sic occasione accepta irridetur justi simplicitas. Conf. B. Vinckler l. c. p. 37. & B. Vandalin. l. c. §. Quare quicumque Facta autem hac limitatione negatur jam Minor. Licet enim forte in uno alterove veritatem quandam verbo DEI conformem Neo-Prophetæ hi confiteri videantur, in quamplurimis tamen & prophetias eorundem analogiæ fidei conformes non esse, jam in præced. Sect. probatum dedimus. Et quâ cum conscientia jam Lacy asserere potest, Neo-Prophetas hosce commendare præces, in quibus mentio fit Regum & Principum, item cerimonias Christianæ religionis esse retinendas, cum tamen omnes Reges vocent Tyrannos, Magistratum omnem contemtim tractent, Anti-Christum & Babelem ubivis esse, novam religionem introducendam esse clament, quod & Dn Lacy in subsequenti argumento expresse asserit? Confer ea, quæ jam supra Sect. 3. diximus, quibuscum hic Lacy discursus conciliari non poterit.

§. VII.

Objic. (V) Vinculum illud, quô ipse Salvator noster, ejusq; Apostoli Ecclesiam Christianam ligarunt, & hic reperiri, scopumq; novæ hujus dispositionis esse, nempe unionem, amorem, misericordiam, mansuetudinem, condonationem, unanimi- tatem, fraternam dilectionem, humilitatem, vanitatem, sympathiam, pacem &c. Argumentum: *Quod vinculo vera Ecclesia, unitate nimirum sunt devincti, illi non sunt falsi Prophetae. Atqui Neo-Prophetae Cemmeri &c. E. Resp. Neg.* in hoc argumentô & Major & Minor. Major quidem, si absolute sumatur, quippe aliàs & inter malos imò & inter ipsos diabolos poterit esse quædam unio, scopus tamen

tamen

tamen præfixus nihilominus potest malus esse, vid. *Jes. V. 18. Luc. XI. 18.* Equidem Unitas vinculum est veræ Ecclesiæ, ita tamen, ut unitas hæc ad gloriam DEI, ipsiusq; Ecclesiæ conservationem vergat. Quale quid verò Neo-Prophetæ Cemmeni non quærunt, qui potius veram Ecclesiam totam, totamq; discerpunt, dum eam regnum Anti-Christi, & Babelicam esse calumniantur. *Minor* itidem negatur, talis quippe unio, ut hîc gloriatur *Lacy*, non datur, quippe reapse & inter ipsos Neo-Prophetas scissiones dari, jam in præcedenti Sect. observavimus.

§. VIII.

Objic. (VI) Neo-Prophetas hosce sese sponte publice obtulisse iis, qui societates ipsorum amant, atq; sic qualitates ipsorum cognosci potuisse, easq; singulares compertas fuisse. Scriniarium aliquem simplicem *Mr. Allute*, qui antea sine libello precum orare non potuerit, nunc ecstaticum, & à Spiritu S. edoctum ardentè orare, indoctam aliquam mulierem in ecstasi docuisse, DEUM trinunum esse colendum, quæ, cum alii fortè de hâc ipsâ materiâ differerent, mulier tamen horum omnium inscia protulerit; stylum etiam singularem esse & Majestaticum. Duo potissimum in hisce latent argumenta. Prius hoc est: *Quorumc. qualitates & ab aliis divinæ fuere deprehensæ, illi pro falsis Prophetis non sunt habendi. Atqui Neo-Prophetarum Cemmenorum &c. E. Resp. limit. Q. qualitates & ab aliis, & quidem non suspectis, ut verè divina ex genuinis Criteriis fuere deprehensæ, illi &c. Atque sic limitatâ Majore negatur Minor.* Neminem enim allegat *Dn. Lacy,*

L

Lacy,

Lacy, nisi proprium testem, qui autem meritò suspectus in propriâ causa habetur. Aliàs alii contrarium testantur. Vide scripta Anglicana hanc in rem *sect. 1.* adducta. Exempla allata nondum probant, quæ probare debebant, quippe ab alio principio ea poterunt deduci, quàm *Divino*. Paria exempla in *Enthusiasmo naturali ac præternaturali* passim sunt obvia. Vi-res etiam imaginationis quamplurima interdum valent, ut ex exemplis *Priscilla*, *Brigitta*, aliorumque passim videre est. Vid. *Vinckler. l. c. p. 53. & 63. VVandalin. l. c. §. Præterea sunt nonnulli. Hermann. VVits. l. c. p. 21. sqq. & p. 52. sq.* Adducta ergò non probant, infallibiliter Neo-Prophetas nostros esse veri nominis tales, imprimis, cum contraria argumenta adsint, ex quibus satis constat, qualitates hæc non esse divinas. Quod mulier illa talia fuerit locuta, de quibus eo ipso tempore & alii differuerint, ex accidenti id fieri potuit, ut quotidie accidit, quodque propterea non statim pro *Divino* habendum est. Alterum argumentum hoc est: *Quorumc. stylus planè singularis ac Majestaticus est, illi pro falsis Prophetis non sunt habendi. Atqui Neo-Prophetarum Cemmenorum &c. E. Resp.* Quam majestaticus hic sit stylus, de eo testabuntur flosculi in *præced. Sect.* adducti.

§. IX.

Objic. (VII) Loqui Prophetas hosce in personâ DEI, quod si hic impostura quædam esset, magnam hanc fore blasphemiam, gravissimâ pœnâ dignam. Magnam hinc dari conformitatem cum modo illo, quo DEUS olim Prophetis sese manifestavit, indicare

indicare id verba: ponam verba mea in ore tuo, verbum Domini erat ad me &c. Ita & genus dicendi maximè conforme esse Prophetico illi. Nec obesse, quod & mulieres & infantes jam Prophetico illo munere fungantur, & olim Prophetissas fuisse *Mirjam, Deborah, Huldam, filias Philippi* &c. adesse & vaticinium *Joelis* ad præsentem quoque dies respiciens. Argumentum primum hoc erit: *Q. in personâ Dei loquuntur, illi sunt veri nominis Prophetae. Atqui Neo-Prophetae hi &c. E. Resp. limit. Qu. verè in personâ DEI loquuntur &c. Limitatione hac opus est. Absolutè enim Major si intelligatur, non sequetur, quippe omnes falsi Prophetae præ se tulerunt DEUM per se loquentem. Sic in Revelat. Brigitta l. 1. c. 1. eadem leguntur: Ego sum creator cæli & terra. Et mox: Tu autem filia mea, quam elegi. Cap. 3. Ego sum DEUS tuus, Dominus quem colis. Cap. 5. Ego sum creator omnium, Ego Rex gloria & Dominus Angelorum &c. Sic & Catharina Senensis Confessionario suo Raymundo quærenti, quanam esset? respondebat: Ego sum qui sum; Vid. Bzov. de Cathar. Senens. c. 1. par. 7. Et Spiritus ille, qui Nicolao Drabicio sese revelasse dicitur, vocat se Jehovam Dominatorem terræ Patrem, Fil. & Sp. S. Vid. Ejus Revel. p. 56. 63. 90. 107. &c. Eodem modo & recentissima Prophetissa *Asseburgica* vaticinia sua protulit. Vide *Speciem Facti*. Conf. & B. *Vinckl. l. c. p. 57.* & B. *Pfeiffer. l. c. p. 320. sqq.* Limitatâ autem *Majore* negamus *Minorem*. Argumentum secundum hoc est: *Quorumc. doctrina genus est Propheticum, illi sunt veri nominis Prophetae. Atqui Nec-Prophetarum Cæmmenorum & Anglicanorum &c. E. Resp. Neg. absolute**

L₂

absolute

absolutè *Min.* Contrarium in præced. Sect. jam probatum dedimus. Argumentum tertium est: *Si & olim in Ecclesiâ DEI mulieres Prophetissæ fuerint, & de infantibus idem & Joel prædixerit, sequitur, nihil absurdi esse, si & hodiè dentur. At verum est prius. E. & posterius. Resp. Neg. Consequ.* quia à temporibus antiquioribus & ab Ecclesia plantanda & præsentia tempora & Ecclesiam plantatam N. V. C. Prophetissæ illæ nominatæ coram toto populo testimonium hocce à Spiritu S habebant, quale verò præsentì hâc ætate adhuc desideratur in *Neo-Prophetissis Anglicanis.* Aliàs & id novimus, mulieres tanquam sexum imbecilliorum seductionibus & illusionibus Satanæ præsertim esse obnoxias, imò & cum vis imaginationis in iis magna, & in præsentì negotio falsa quædam persuasio facilis est. Hinc *Gerson de probat. Spir. p. 531. Si persona sit novitia in Zelo fidei, quia novitius fervor citò fallitur, si regente caruerit, præsertim in adolescentibus feminis, quarum est ardor nimius, avidus, varius, effrenis, ideoq; suspectus.* Vide quoque *Barthol. Sibyllæ specul. peregr. p. 293.* Unde & illusio hîc prona. De muliercula quadam jactatis suis visionibus in regno *Peruensi* magnum Theologum seducente, vide *Jacob. à Costa apud Delrion l. 4. Disquis. Magic. c. 1. p. 361.* de puella *Aurelianensi Johanna Darc Lotharingica Pseudo-Prophetissa,* vide prolixè agentem *Gisbert. Voet. in Dispp. Sel. part. 2. p. 1031. sqq.* Eadem & aliis contingere possunt. Quid de dicto *Joelis* habendum, jam supra diximus.

§. X.

Objic. (VIII.) Nec utilitatem, nec morem Satanæ esse aliquid contribuere ad honorem DEI. Id tamen

men præstare Neo-Prophetas, v. g. eos convertere quamplurimos Pontificios, lapsosq; Protestantes, promovere seriam pœnitentiam, vitæq; emendationem, & quæ his similia. Morem quidem eorum videri indecorum, qui tamen si forte in conventibus ipsorum finistrè sit judicatus à quoquam, eum statim à Spiritu ipsorum miro modo fuisse & manifestatum & objurgatum, imò & quamplurima alia occulta in ecstasibus suis revelare. Argumentum prius hoc erit: *Si Neo-Propheta hi falsi forent, sequeretur & diabolus aliquid in honorem DEI posse agere. Falsum est posterius. E. & prius. Resp.* Quæ Neo-Propheta hi agunt, parum vergunt in honorem DEI, & utilitatem Ecclesiæ. Contrarium ex jam præced. Sect. elucescit. Si quæ autem forte in honorem DEI proferunt, ea apparentia saltem sunt, non verè talia. Hinc limitamus argumentum: Si Neo-Propheta hi falsi forent, sequeretur & diabolus quid in honorem DEI posse agere, *apparenter* scil. Atq; sic posterius falsum non est. Quippe diabolus, homines ut seducat, sæpè aliquid agit, quod magnam præ se fert speciem. Vide quæ jam §. V. diximus. Conf. etiam, quæ non ita pridem contra Domini Parisii jactatam visionem hinc monuit Dn. M. Christian Gerber / in der nöthigen Erinnerung bey der specie facti p. 12. sqq. Posterius argumentum hoc erit: *Q. occulta detegunt, illi sunt veri nominis Propheta. Atqui Neo-Propheta hi &c. E. Resp.* Major absolutè sumta rursus non valet. Damus instantias à falsis Prophetis quamplurimis & obsessis, qui itidem occulta detegunt, ut quotidiana experientia docet. Habemus etiam exempla

L 3

Pseudo

Pseudo-Prophetarum gentilium, Brigittæ alicorumq;. Hinc limitamus: Quic. occulta detegunt ex *Spiritu verè Prophetico &c.* Et sic limitatâ *Maj.* negamus Minorem ex rationibus nostris supra adductis.

§. XI.

Objic. (IX.) Multos quidem veteres Prophetas miraculis non claruisse, nec videri hodiè iis opus esse ad confirmandam Divinam inspirationem; nihilominus tamen in Neo-Prophetis Anglicanis reperiri quamplurima miraculis æquivalentia, v. g. manifestationem occultarum cogitationum, adhortationem ad sustinenda summa quoq; martyria ex amore veritatis, notitiam peregrinarum linguarum antea incognitarum, item, quod 2000. minus instructi steterint adversus instructissimum exercitum 20000. militum, quod cælum sese supra eos aperuerit, quod & *Mr. Clavis* in igne inviolabilis steterit, aliaq; , quæ causis secundis tribui nequeant. Argumentum hoc est: *Q. factis miraculis æquivalentibus clarent, illi sunt veri nominis Prophetae. Atqui Neo-Propheta Gemmeni &c.* E. Resp. (1) *Major* si absolute & illimitate sumatur, non admittitur, ob instantias quæ dantur. Quippe & falsi Prophetæ plurima præstant, quæ speciem miraculorum præ se ferunt. Novimus, quid Magi tempore Mosis in Ægypto præstiterint? Novimus, quid ipse Christus de falsis Prophetis in N. T. monuerit & prædixerit *Matth. VII. 22. c. XXIV. 24.* Limitanda ergo *Major*: *Q. factis miraculis verè talibus æquivalentibus, clarent &c.* Sic limitatâ *Maj.* neg. *Min.* Miracula enim hæc Neo-Prophetarum sunt saltem *apparenter* talia. Hinc Resp. (2) quod specialia
alia

alia illa adducta facta concernit (α) de manifestatione occultarum cogitationum quædam jam in præcedenti Objectione diximus. Quibus adhuc addimus sequentia: Initio de veritate rerum gestarum omninò adhuc quærendum esse, fidem enim Neo-Prophetarum non in omnibus tenendam esse, ex iis, quæ jam in præced. Sect. diximus, constabit. Deinde, licet etiam omnia fortè ita sese haberent; novimus tamen, omnes Enthusias solere divinare & futura prædicere, ac occulta manifestare; cujus rei causam varii investigare conati sunt, de quibus vide *Meric. Casaub. in Commentar. de Enthusias. c. 2. p. m. 15. sqq. Herm. VVits. in Miscellan. Tom. 1. p. 52. sqq. Dn. D. Gerdes. in Disp. Inaug. de Enthusias. Cap. 2. Sect. 1. §. 6.* Omninò & nos concludimus, magnum illum dementiæ attigisse gradum, qui postpositâ naturali prudentiâ sobrioq; rationis usu Enthiasmum divinatorium affectat, nullamq; animis nostris divinandi facultatem propriè sic dictam naturaliter insitam esse. Quicquid etiam contra nonnulli defendere audeant, ut *Ammon. Tom. 2. opp. p. 196. & Petrus Petit. de Sibylla l. 1. c. 8.* Quibus & consentire videtur *Paul. Zacchias in Question. Medico-Legal. l. 4. tit. 1. qu. 5. n. 5. & 15. sqq. Tom. 1. p. 333.* De quibus conf. *Dn. D. Buddei disp. An naturali homines polleant vaticinandi facultate?* Hinc omnis futurorum prædictio ita & occultorum manifestatio, quæ ab alio quàm Summo Numine emanavit, nullam aliam, quàm accidentalem habere potest veritatem. Quamvis & id verum, profunda Satanæ esse magna, quemadmodum in *energumenis* passim videre est. (β) Adhortatio ad sustinenda martyria passim, seu mortem

mortem

mortem cruentam & apud Gentiles ipsosq; Atheos re-
 perta fuit: Martyrium autem rigorosè sic dictum quod
 ob veritatē doctrinæ sustinetur, in Cēmenis omninò lau-
 dandū fuisset, si veritatē habuissent, ac in terminis man-
 sissent, nec Enthusiasmo se emancipassent, utpote qui jam
 omne bonum, quod forte in iis antea fuisset, in nihilum
 redigit. (γ) Locutio & notitia alienarum linguarum pro
 miraculo in Neo-Prophetis nostris planè non venditari
 poterit. Specimen linguæ latinæ & græcæ habuimus
 supra, quam ineptam autem locutionem ex principio
 quodam supernaturali deducere, planè absurdum ac
 impium foret. Dn. *Lacy* rudimenta harum linguarum
 jam in juventute didicerat. Atq; sic menti jam quo-
 dammodo impressæ erant, ut nunc corrupte admo-
 dum iisdem loqui planè nullum fuerit miraculum,
 quemadmodum & tale quid in simili exemplo Præsidi
 Illustri Medico & Consiliario Aulico Dn. *JO. ERNEST.
 SCHAPERO*, Affine, Collega ac Patrono nostro sum-
 moperè colendo, peregregiè edocuit Excellentiss. hodiè
 Medicus Aulicus Dn. *D. ERNEST. HENR. FECHTIUS*,
 Theologi nostri Fil. in *Disp. Medicin. Curios. Specimen ex-
 hib. qu. 2. §. II.* Quomodo aliàs etiam obsessi virtute
 quadam præternaturali alienis linguis, de quibus an-
 tea planè nihil noverint, fuerint locuti, prolixius egit
Meric. Casaub. de Enthusiasmo. c. 2. p. m. 21. sqq. (δ) Quod
 2000. milites steterint contra 20000. non statim pro mi-
 raculo, & inspirationis indicio est habendum. Et Po-
 tentissimus quidam Monarcha ante aliquot annos
 si non majus quid, certè tamen idem ferme præstitit,
 qui tamen exercitum suum nunquam pro inspirato aut
 Pro-

Prophético venditavit. Singularis quædam hæc potuit fuisse gratia, qua DEUS Cemmenos beare voluit, quâ abuti non debuissent; Et id certum, magna naturæ esse mysteria, ingens robur etiam quod concernit, vid. *Rolbag de fonte sal. Certam. c. 8. 9. 10. & B. VVinckler. III Schriftmäßigen Bedencken p. 59. (ε)* Quod cœlum sese super Cemmenos nostros aperuerit, nec id statim pro miraculo habendum, quippe ex accidenti fieri potuit, æq; ut tempore *Thomæ Munzeri* accidit, quo in prælium cum suis seditiosis militibus eunte, apparebat iris in cœlo; Jam verò idem hic *Münzerus* in vexillo suo gerebat iridem. Atq; ex eo nunc singulare aliquod præsumere volebat miraculum, singularemq; DEI assistentiam, suosq; magno cum animo excitabat. Sed eventus docebat, iridem ex naturalibus, animum verò *Münzeri* ex peccaminosis causis ortum duxisse conf. *B. Luther. Tom. 3. Altenb. p. 130. b. (ζ)* quod probationem *Clarii* per ignem concernit, de eâ jam egimus supra, ex quibus constabit, eam planè non huc spectare. Similes imposturæ & in quamplurimis aliis poterunt fuisse, quæ sic frustra pro miraculis venditantur.

§. XII.

Objic. (X) Eventum comprobasse, quæ Cemmeni prædixerunt, idq; ex quamplurimis testimoniis *Marionis, Fage, & Cavalier* constare. Æq; minus lucri etiam habere, ac olim Prophetæ V. & Apostoli N. T. habuerunt, ut adeò præsumptio deceptionis in eos cadere nequeat. Primarium argumentum hoc erit: *Quorumc. Vaticinia eveniunt, illi sunt veri nominis Prophetæ. Atqui Neo-Prophetarum Cemmenorum & Anglicanorum &c. E. Resp.*

M

(1)

(1) ad *Major*. eam denuò absolutè non sequi. Nam non ex solo vaticiniorum eventu Prophetam ut verum esse recipiendum, ipse Spiritus S. docet *Deut. XIII. 1. 2.* Inde & plurima maximè speciosa exempla habemus prædictionum eventu comprobatarum; sed non à DEO, quin potius à diabolo ortarum. Inter hujusmodi mirabiles dæmonum artes *Anton. Cregut. in Arcanor. Revelat. c. 24. p. m. 835.* recenset, quæ de *Joachimo Abbate Calabrino* jactantur, quæ ita stupenda, si vera sint, ut cunctis admirationi fuerint. Namq; ille Abbas omnes futuros Pontifices Romanos prædicebat, illorumq; nomina & formas seu species externas. Idem etiam nonnulli memorant de *libro Leonis Imperatoris*, in quo *Imperatores & Patriarchæ Græci* prædicti reperiiebantur, Eadem & de *Regibus Polonia* prædicta legimus. Sic v. g. im fliehenden Passagier durch Europa in der 5. Promenade p. 12. sqq. occurrit vaticinium hocce ab *Henrico Valesio* successive hæctenus impletum: *Flos de Valle: Corona: Exul fortunatus: Gloria succedens: Manipulus sterilis: noctis breve sidus: Manus congregatorum.* Quibus Symbolis *Henricum Valesium, Stephanum, Sigismundum III., Uladislauum, Johannem Casimirum, Michaelem & Johannem III.* præfiguratos fuisse, putari solet. Et aliud vaticinium de iisdem Regibus exhibet *B. Dn. Grodeck* in plane eruditiss. *Schediasm. de Scriptoribus Historia Polonica* p. 88. sq. ita sonans:

*En Frater quamvis procul abs te mittere prolem
Polonia regno tibi sunt consideranda,
Primus adest horum, V. gentis profecutus amore.*

I.C.

I. C. non ornat regnum, nec M. diu regnat.
 I. moritur; post hunc A. Rex fit cum Domino, qui
 Incipiet forti Zelo; benè singula fient.
 Ille animam perdet bellando pro grege Pastor.
 T. ruet E. que luet. S. C. M. sponte patefcent.
 Atq; H. L. aperient pro tunc altaria sacra
 Tempore quo fiet novum cum Principe fœdus.
 Aquila nigra biceps, albâ pereunte sequetur.
 Junctâ Lechis & sic pereunt nunc secula Regno.

Per V. Uladislauum IV., per I. C. Johannem Casimirum,
 per M. Michaellem, per I. Johannem III., & per A. Au-
 gustum II. notari quivis facile divinare potest. Quid
 reliquæ literæ indicent, futura demum aperient tem-
 pora. Mira hæc certe sunt, & stupore digna. Quod
 autem illa à DEO, judicante *Anton. Creguto l. c.* non vide-
 tur rationi consentaneum. Non malè fortè. Nam cui
 bono hæc DEUS revelasset? quasi verò DEUS ho-
 minum vanorum pruritui & inani curiositati favisset?
 Revera enim miracula & opera DEI extraordinaria
 haud fiunt *μαρτυρία*; sed propter finem necessarium
 & bonum Ecclesiæ utile. Imò & prætereà infinita
 alia passim reperiuntur exempla vaticiniorum, even-
 tu suo quidem comprobatorum, ex principio tamen
 supernaturali planè non ortorum. *Resp. (2) ad Mino-*
rem. Quid mirum unum alterumve evenire. *Quis*
enim, ait Cicero *l. 2. de Divin. qui totum diem jaculans,*
non aliquando collimet? Semper vaticiniis intenti sunt
 Enthusiastæ, quid mirum, si forte nonnunquam præ-
 dicant. Vid. Dn. D. Gerdes. in *Disp. de Enthuf. cap. 3.*
 §. 36. Quoties autem non è contra & mentiti sunt

M 2

Neo-

Neo-Prophetæ nostri Cemmeni & Anglicani? Specimina fat sufficientia jam dedimus supra, infallibilitèr indicantia, & ea quæ evenerunt, non esse à veri nominis Prophetis.

§. XIII.

Objic. (XI) Quadringentas vel quingentas illas Admonitiones Propheticas Londini in ecclasi datas satis indicare, Prophetas hosce esse veri nominis tales. In his enim se exhibere ut Præcones DEI, præparare DEO viam, annunciare, brevi tempore elapso, nempe post tres annos instare regnum DEI &c. *Resp.* Ex iisdem Propheticis admonitionibus in *sect.* 3. jam planè contrarium probavimus. Quæ hic repeti poterunt.

§. XIV.

Objic. (XII) Istiusmodi quid hætenus in totâ Christianâ Ecclesiâ non accidisse. Accipienda ergò esse omnia, ne & nos redargutio Christi petat, quod signa temporum nec discere nec dignoscere velimus &c. *Resp.* Planè nihil novi hic accidisse ex variis exemplis supra jam à nobis adductis ad oculum constat. Quot enim non fuerunt, qui magnâ sub specie magna de se venditarunt, ita ut & alii initio putaverint, aliquid singularis fuisse, eventus tamen nihilominus fraudes diaboli detexit. Adde auctoribus jam supra magno numero à nobis citatis, *Jean D' espagne in Schibboleth n. 38. & 39. p. m. 554. sqq.* *Opp.* & *Dn. Jo. Ernest. Schulenburg in der Schriftmäßigen Betrachtung der neu gerühmten Erscheinungen p. 40. 96.* & *Dn. Gerber in der nötigen Erinnerung p. 6. sqq.* Et si vel etiam nunquam tale quid
in

in Ecclesia hætenus fuerit auditum, nondum tamen exinde sequitur, Neo-Prophetas hosce immediatè esse à DEO. Et diabolus, cum novit exiguum ei superesse tempus, magnâ cum ira ad nos venit, taliaque mira excitat, ut si possibile, vel ipsi electi seducantur. Quæ Dn. Lacy in Epilogo suo adhuc perorat, nempe Neo-Prophetarum horum Anglicanorum vocacionem brevi tempore per universum orbem personaturam esse, ipsum hodiernum tempus jam satis superq; refutat, nec ulteriori hæc examine ampli⁹ indigent, cum ubivis ineptiæ eorundem patefcant, quas & his ipsis temporibus, quemadmodum *Novella publicæ* non ita pridem nos docuerunt, apud *Helvetios* quoque proderunt, proptereaque animadversionem Magistratus in se derivarunt. Cæterum novum hoc est Specimen fructuum illorum, quos spes illa meliorum temporum nobis tulit. Utinam gravissimas hæc tentationes observaremus omnes! Utinam & imprimis attenderent ii, qui minus fundatis suis doctrinis hætenus in Ecclesia hisce diaboli tentationibus ansam supeditant, suarumque periodorum ac temporum determinationibus jam præsentium illusioni sese exponunt, posteritatisque ludibrio eo magis adhuc exponant, interea autem & Atheis ac Empæctis calumniandi saltem occasionem præbent. Tu autem

ô sanctissime DEUS, sanctifica nos porro in
Tua Veritate. Verbum Tuum est
VERITAS! Amen!


**SOLI DEO GLORIA!
AMEN!**

SURREXIT!

Merito, optime *Wepplingi*, de hocce Specimine Academico Tibi gratulor, Deumque ardentissimis in Christo sollicito precibus, ut conatibus tuis semper benedicat, ac Patronos conciliet benignos! Perge tuam, ita ut haectenus cum laude cepisti, agere vitam verè Academicam Studioso theologo dignam. DEUS conatibus tuis porrò benedicet, & studiorum tuorum emolumenta, favente Summo Numine, senties uberrima. Vale.

Dabam,
Festinate calamo
Feria III. Pasch.
Ao. 1711.

Sum T. Cl.
addictus
J. N. QVISTORPIUS. D.



Qui meliora Prophetarum, veterumq; Magistrum,
Ut repleta DEO, scripta tenere soles:
Rectè, *Wepplingi*, reprobas vesana Prophetum

Fata novellorum, somnia apostatica.
Absis Drabici, fuge Poniatovia Virgo,
Turgide Sutor abi, Rustice vane vale!
Ac tu Roemlingi, piceo cum fratre novello,
Verba pudenda undis flaminibusq; date.
Non ab Apostolicis nos scriptis vellere possunt,
Quæ stolidi fertis, somnia apostatica.
Sive quid eloquii vero fors congruit ori,
Sive quid è falso funditur ore nigri:

Semper

Semper fallimini: semper vos fallitis, umbræ
Luminis exfortes, quas DEUS ipse fugat.
Vosq; Sevensenses, quid turbas neſtitis atraſ,
Quid nubes operum, quid pigra verba datis?
Quid Gallos, Angloſq; ſimul convellitis ægroſ,
Quando veſtra fluunt ſomnia apoſtatica?
Non DEUS in vobis habitat: ſed aranea ſola eſt,
Quæ diſpanſa hominum credula corda capit.
Deſine mentiri Dominum, ſimulare prophetas,
Fingere cœleſtes, turba miniſtra ſtygiſ!
At voſ, qui ſolis didiciſtis fidere ſcriptiſ,
Quorum cœleſti nititur ore Canon:
Quodquod apoſtolico vatum ſucceſſerit ævo,
Omne prophetizans oſ reprobate ſimul.
Dicite ſecurè, quod fallant ore profundô,
Quodque horum nil ſint ſomnia apoſtatica.
Non voſ terrebit rerum nitor, exituſ, ordo,
Non vitæ ſpecies, non pietatiſ opuſ,
Non vultûſ tortura graviſ, non marcida mala,
Non phaleræ vocum, non ſimulacra ſoni,
Non figmenta precum, non vatum pendula colla,
Non jejuna dieſ, non gemebunda quieſ.
Quiſq; apoſtolico non dixit tempore vateſ,
Ejuſ damnetiſ ſomnia apoſtatica.

*Nobiliff. & Clariff. Dn. Wepplingio, Auditori
veritatiſ Strenuo gratul. f.*

JOH. PETR. GRÜNENBERGIUS, D.
C. C. P. P. & S. M.

NOBI-

NOBILISSIMO & CLARISSIMO SUO

DN. RESPONDENTI

S. P. P.

PRÆSES.

NUnquam ferme tristiori fato alma nostra perculsa est
Ecclesia, quam tristissimo hocce Seculo nostro. Quæ
dum in armis tot annos invicta stetit, ruinam minari vi-
detur ab iis, qui innovare & turbare hodie non desinunt
sub specioso etiam pietatis ac prophetiæ obtentu, histrio-
num instar, Principum personam agentium habitu, gestu,
fermone, introrsum nihil eorum agentium. Sed vero ne sic
tamen desperandum hic erit. Omnipotentissimus enim Ser-
vator noster, mortis ac inferni Devictor gloriosissimus, cu-
jus dulcissimam hodie recolimus memoriam, promissi sui
memor pro Ecclesiâ suâ pugnabit, spiritu labiorum suorum
porro occisurus impium, & ulterius quoque excitabit orga-
na suæ gratiæ, quorum ministerium afflictissimæ suæ
profit Ecclesiæ. Tu autem Clarissime DN. WEPPLINGI,
qui Dissertationis præsentis, Specimen aliquod factorum
horum Ecclesiæ edentis, defensionem in te suscepisti, lau-
dem tibi concilias haud exiguam, quod nimirum & tu ani-
mum tuum ad militiam hancce pro Gloriâ Servatoris no-
stri ac salute Ecclesiæ præparare studeas. Macte Juvenis
Optime, & quemadmodum hætenus diligentiam, doctrinam,
morumque svavitatem Præceptoribus tuis Bonisque omnibus
te commendare cœpisti, sic in studiorum tuorum stadio
pergas, nec dubitabimus, fore, ut & ex ministerio tuo tan-
dem aliquando sui in Ecclesiam redundaturi sint fructus.
Gratulor de præsentis tuo Conamine tibi animitus, ulte-
rioremque Spiritus S. Gratiam Patronorumque favorem ap-
precor ex pectore toto. Scribebam Rostochii d. 8. April.
Ann. 1711.



coll. diss. A. 43, misc. 2